re, & memini legisse. Prædicæres pro prædixisses, uel prædicere debuisses. Laurus erat pro laurus esset. Vidimus pro uincemus. Salutato pro saluta. Imus, uenimus, uidemus. Præsens pro præterito. ¶ Modus.

Huic finitima est modi uariatio, ut uicero pro uincam. Salutabis pro salutato. Ne crede, ne credas. Si uoles, si uolueris. Vbi uoles, ubi uolueris. Cū uocabit, cū uocauerit. Quia bene natus est, quia bene natus sit. Venari pro uenabatur. ¶ Declinatio.

In nonnullis licet & declinationem uariare. Ut hilarus & hilaris, uiolens & uiolentus, iuger & iugerū, capo & capus, pauus & pauius, scorpio & scorpium.

¶ Coniugatio.

In aliquot coniugationem, ut Lauere pro lauare, feruere & feruere, acersere & acersire.

Variatur eadem dictio ijs quoque modis. Prothefi, ut retuli pro tuli, gnato pro nato. Epenthesi, Mauortis pro Martis. Proparalepsi, ut admittier, accingier, diæer, pro admitti, accingi, diæ. Paragoge, potestur pro potest. Aphæresi. Ruit omnia late, peruit. Linquere castra, pro relinquere. Syncope, extinxti, dixti, pro extinxisti, dixisti. Apocope, Mage pro magis, uim pro uis ne. Quæ quædam species sunt Metaplasmi, propterea quod dictionem quasi transformant. Reliquas species prudens omitto, quæ non admodum ad copiam facere uidentur. Et nobis propositum est, ea dumtaxat persequi, quæ proprie pertineant ad id quod institutumus.

¶ Variandi

¶ Variandi ratio per Antonomastiam.

Ca. XIII.

Proxima uariandi sermonis ratio constat Antonomastia, id est nominis permutatione, ut si quis pro Achille Pe-
liden, aut Aeaïden dicat. Pro Romanis Romulidas. Pro
Troianis Priamididas aut Dardanidas. Pro Heraule Ty-
rinthium. Pro Venere Cytheream aut Cypridem. Pro
Diana Cinthiam. Nonnunquã epitheton pronomine ipso
subijcere licet. Vergilius. Thalamo quæ fixa reliquit
Impius. impium pro Aenea dixit. Lulius Poenum pro
Hannibale. In Terentio sæpe senex pro persona heri.
Eiusdem generis est, si quis Poetam dicat, Homerum sen-
tiens. Philosophum Aristotelem significãs. Quemadmo-
dum græci Persarum regem βασιλεα nominant. Neq;
ab hoc genere abhorret, si quis pro fure Verrem dicat,
pro molli Sardanapalum. Quæ suo loco referemus.

¶ Variandi ratio per Periphrasim.

Ca. XV.

Id si pluribus uerbis fiat, Periphrasis erit. Quam qu-
dam Circautionem nominant, ut si quis euersorem Car-
thaginis & Numatiæ pro Sapiõne dicat, ut Troiani bel-
li scriptorem dixit Horatius pro Homero. Item si Man-
tuanus uates ponatur pro Virgilio. Venusinus poeta, P.
Horatio. Peripateticæ scholæ princæps, pro Aristotele.
Stoicæ familiæ pater, pro Zenone. Voluptatis assertor,
pro Epicuro. Hæc autem ratio plurimis constat modis.

Etymologia. Notatione. Finitione.

¶ Etymologia.

Etymologia, cum nominis rationem explicamus, ut si quis hereditetā dicat, qui hereditates alienas appetat, captetq;. Aut pro parasito, hominem abo uentriq; deditum. Aut pro philosopho, hominem sapientie studiosum. Pro gramatico, qui literas doceat. Pro assiduo, q; det era. Pro locuplete, qui plurima loca possideat. Pro pecunioso, qui magnam pecorum copiam possideat.

¶ Notatione.

Notatione constabit, cum notis quibusdam accidentium rem quāpiam describimus, ut si quis iram intelligens, animi aut bilis effervescentiam dicat, quæ pallorē vultui, ardorem oculis, tremorem membris inducat. Eiusdem generis est & illud. Qui digito scalpūt uno caput, quo molles & parum viri significātur. Aut si dicas. Cubito se emungit, salsamentarium indicans.

¶ Finitione.

Finitione constabit. Vt si quis artem bene dicendi pro rhetorica dicat. Virum peulatorem, virum qui ciuitatis aerarium compilasset. Hominem tyrannum, qui vi leges ac diuum libertatem oppressisset.

¶ Variandi ratio per Metaphoram.

Ca. XVI.

Alia uero uarietatis ratio ex Metaphora nascitur, quæ latine translatio dicitur, propterea quod uo
em à ge

rem à genuina, ac propria significatione ad non propriam transfert. Ea multis modis tractatur.

¶ Deflexio.

Primum deflexione, quoties uox è p̄p̄inquo ad rem proximam deflectitur, ut uideo pro intellego. Audire pro obtemperare, aut credere. Sentire pro intelligere. Perspicere pro cognitum habere. Odorari, olfacere, pro suscipiari ac deprehendere. Concoquere pro ferre. Deuorare pro uinere ac perferre. Complecti, exosculari, pro amare. Suspicere pro admirari. Despicere pro contemnerre. Ita stupet animus, stupent oculi, stupent dentes. Si quidem in ijs id quod est corporis, ad animum transfertur. Quo Metaphoræ genere nihil usitatus. Huc fortassis pertinent & illa, quoties anto pro dico, anto pro scribo dicimus. Praeconium pro laude. Buccinari pro celebrare.

¶ Ab irrationali ad rationale.

Proxima species est, quoties à bruto animante ad animal rationale præditum fit translatio, aut contra. Vt si hominem odiosæ, atq; insulsæ loquacitatis rudere dicas, aut blaterare aut grunnire, aut gannire. Si oblatrare pro obtrectare. allatrare pro conuitiari dicas. Contra si olorem canorum, musicum, lufaniam, perfidum, uulpem, ambitiosum, leonem, assentatorè, canem dicamus. Cuiusmodi multa Vergilius tribuit apibus, dū quicquid agitur in hominū republica, id trahat ad hoc animal.

¶ Ab ani

¶ Ab animali ad non animal, aut contra.

Longus erit petita translatio, si ab animali ad inanimatum traducatur aut contra. Verg. Si tantum pectore robur concipis, hic robur à ligno ad hominem transtulit. Rursum. At procul ex ælso miratus uerticæ montis. Animatum ad inanimatum transtulit, cum uerticæm pro cacumine dixit. Item. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Et ridet ager. Contra, Ambo florentes ætatibus. Et uiridis ætas, & uernat ætas. Iratum mare, indignatus Araxis, auidum mare, mirantur gargaræ. Quod genus & plura sunt exempla, & frequentius obuia, quæ ut hic debeant referri.

¶ Ab animali ad animal.

Præterea ab animali ad animal. Vt si quis coruum suum inequantem dicat, & pascentes apes.

¶ Ab inanimato ad inanimatum, aut contra.

Ab inanimato ad inanimatum sumetur Metaphora, si quis syluam scaterere dicat, quod est fontium, Aut odium suppullulæ scaterere, quod est fruticum. Aut si quis pilos fruticari dicat, aut syluescere, quod est arborum. Si quis orationem fluere dicat. Aut fluctus, & undas negotiorum. Eiusdem generis est si quis collem uerrucam dicat, quemadmodum Cato.

¶ Metaphora reciproca. Ca. XVII.

Quædam translationes reciprocae sunt, siue communes, quas graeci uocant ἀκολουθῆς. Nam ut pro gubernatore aurigam, ita pro auriga gubernatorem recte dixeris.

Quædam

Quædam unius duntaxat partis, quas ἑνακολουθὰς appellant. Siquidem ut uerticem recte transfers ab homine ad montem, ita non recte cacumen ad hominem traduxeris. Facit autem metaphora nō solum ad copiam orationis, uerum & ad ornatum, ad grauitatem, ad euiden-
 tiam, ad sublimitatem, ad festiuitatem. Nonnunquā & necessaria est, quemadmodum rustiā gemmam dicunt in uitis, gemmare uites, sitre agros, fructus laborare. Nos durum hominem asperū, neq; enim aliud habemus uerbum. Sed quot modis habeatur translatio, & quatenus differat à finitimis tropis, non est huius propositi scrupulosius persequi. Illud admonuisse profuerit, ut qui uolet in dicendo copiosius esse, ex optimis authoribus maximā insignium translationum uim adnotatam comparet. Sunt autem apud M. Tullium optimæ, apud Quintilianū plurimæ, Ex adagijs item non pauca colligi poterunt, Propterea quod pleraq; aut allegoriam habent, aut aliquā Metaphoræ speciem. In his colligendis nos laborauimus, haud scio quā felici-
 tate, magnis certe uigilijs. Nihil uero prohibet, quo minus ipsi uel ex lectis, uel ex animaduersis rerum omnium naturis undecunq; metaphoras fingamus, modo ne sit dura translatio, ne sordida, ne maior quam oportet, ne dissimilis, ne nimium crebra, præsertim in eadem specie. Illud item non abs re fuerit admonere, metaphoram interdum in simplicia nomine sitam esse. Ut si quis hominem uentri ad dictum peaidem appellet. Nonnunquam in

quam in epitheto. Vt cum saxeam hominem aut ferream scriptorem dicimus, aut vitreas undas, floridam etatē. Interim in uerbo simpliā. Vt auolat etas, labuntur anni. Interdum additur quiddā, quod Metaphoram explicet. Inflammauit hominem cupiditate glorię. Incendit ira.

¶ Variandi ratio per allegoriam.

Ca. XVIII.

Idem effiat allegoria quod Metaphora. Neque enim aliud est allegoria, quam metaphora perpetua. Vt pedē conferre, pro eo quod est concertare argumentis. Iugulū petre, pro eo quod est caput caussę aggredi. Et tragulā iniicere, pro eo quod est fallaciā intendere. Vt etiam nauem p̄foret, in qua ipse nauiget. i. ciuitatem euertat, qua subuersa sibi quoq; sit pereundum. Huius usus frequentior est in sententijs prouerbialibus ac prouerbijs. Vt flāma fumo est proxima, quo significatur tempe stiuter caueendum esse periculum. Et uno uendibili suspensa hederā nihil est opus, cum significamus rei per se laudabili nihil opus esse commendatione aliena. Et Cretizandum aduersus Cretensem, id est mendacijs ac dolis agendum cum subdolo ac uano. In huiusmodi parocemijs allegoria nonnunquā exit in enigma. Neq; id crit uitiosum, si doctis uel loquaris uel scribas. Immo ne tum quidem si uulgo. Neq; enī ita scribendum, ut oēs omnia intelligāt, sed ut quędam etiam ue stigare ac discere cogantur.

¶ Variandi ratio per Catachresim. Ca. XIX.

Eandem

Eandem uim obtinet Catachresis¹, quam Latini dicunt abusionem. Atq; hac nota scærnitur à trāslatione, quod abusio est ubi nomen omnino defuit. Translatio ubi aliud fuit. Veluti cum parriādam diāmus qui fratrem occiderit. Et pisānā, in qua lauamus, nec pisces in sunt. Vires hominis breues, longum consilium, minutum animū, pro paruo. Illud orationis genus maxime probat Quintilianus in quo trium permixta est gratia. Similitudinis, Allegoriæ, & Translationis. Vt quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas tam uarias habere creditis agitationes, cōmutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio Comitiorū. Dies intermissus unus, aut nox interposita sepe & perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.

¶ Variatio per Onomatopœiam. Ca. XX.

Nonnihil accedit uarietatis & ex Onomatopœia, quæ fictio nomis diā potest. Quod genus sunt Tarantara, p cantu tubæ. Sibilus, murmur, mugitus. Ad eandē formā p̄tinet Paragogæ, id est deductio ac deriuatio nouorū uerborū ex analogia sumpta. Quæ cur nobis etiā sit fugiēda, non uideo, si quādo sentētia postulabit. Syllaturire, p̄ eo qd̄ ē Syllæ mores imitari uelle. Et quæ admodū diā⁹ Cacaturire, micturire, esurire, qd̄ uetat quo min⁹ iuxta Analogiā dicamus, dormiturire, scripturire, p̄scripturire, dicturire, bellaturire, nupturire?
Et quæ ad

Et quemadmodum dicimus græari, cur non uidem dicimus iuuenari, poetari, corniari, rhetoriari, philosophari, theologari? Vt laureati, nummati, scutati, cur non itidem, pileati, laruati, personati, & siqua sunt similia? Cur non sicæscere, sicut arefcere? Et in his quidem fictionibus Græci longe sunt latinis feliciores. Nobis tamen nõ nihil audendum ænfco, præsertim in carmine, & in uertendis græcis authoribus. Certe quæ reperiuntur apud idoneos authores, ea sunt audacter usurpanda. Neque enim ullum uerbum nobis uideri debet durum aut obsoletum, quod apud scriptorẽ probatum reperiatur. Quæ quidem in re longe lateq; dissentio ab ijs, qui uocem oẽm æu barbaram horrent, quam apud M. Ciceronem nõ legerunt. Quin illud etiam obseruandum, eiusdem dictionis interdum uariam esse Paragogen, quemadmodum superius attigimus. Voluptuosus & uoluptuarius, edax & edo, homunaulus homullus homunão, pauxillum & paucula. Harum igitur omnium rerum obseruatio, copiam orationis non mediocriter adiuuabit, propterea quod in his facticijs nominibus magna pars opum lingue latinæ sita

¶ Variandi ratio per Metalepsim. (est.

Ca. XXI.

Abusioni confinis est Metalepsis, quæ transsumptio latinis dicitur. Ea erit, ubi gradatim itur ad id quod ostendimus, ut Spelunãs abdidit atris. Nam nigra intelliguntur, ex nigris obscuræ, & per hoc demum in præcepta fundæ.

fundæ. Verum huus figuræ usus magis inâdet in carmine, quàm in oratione soluta.

¶ *Variandi ratio per Metonymiam. Ca. XXII.*

Neq; mediocriter ad copiam orationis faât Tropus, q̄ vocatur Metonymia, quæ diâtur etiam transmutatio. Ea fit compluribus modis. Vel cum inuentorem pro re subiecta ponimus, ut Cererẽ corruptam undis. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Receptus terra Neptunus. Clases aquilonibus aræet. Vulcano dicare. Vario Marte pugnare. Venus confert oculis & uocâ. Hic inuentor, aut q̄ præsidet, pro re subiecta ponitur. Quod si uertas, erit durius. Vt uinum præcæmur, nam hic deus præsens ad est, hic uinũ pro Baccho positum est. Vel cum id quod continet, pro eo quod continetur, usurpatur. Vt Epotos cadus, coelo gratissimus amnis, id est coelutibus. Seaulũ foelix. Aut contra, id qđ durius, & uiolentius fit. Iam proximus ardet Valegon, hominẽ pro domo posuit. Teren. Eamus ad nos .i. ad ædes nostras. Et cum diâmus hominem deuorari, cuius patrimonium consumitur. Hunc tibi comedẽdũ propino. De sene gustarit. .i. de pecunia senis. Vbi dominus rei. Pre ipsa ponitur. Vel quâdo ex effiãente effectum significamus. Hic melior remis. Significat enim uelocitatem, sed quæ per remos fit. Vel contra. Vt frigus pigrũ. Mcestumq; timorẽ mittite. Pallida mors. Audax iuuenta. Pallentesq; habitant morbi Tristisq; senectus. Præceps ira, hilaris adulescẽtia, inconsultus amor

D

Inuereanda

34 DE COPIA VERBORVM

Inuereanda nox. Audax uinum. Vel cum duxem pōnē-
mus pro his q̄ subsunt. Vt cum ab Hannibale caesa apud
Cannas sexaginta milia diāmus. Aut cū authorē pro ope
ponimus. Vt cum diāmus Vergiliū uerasse, Plinium sem-
per in manibus habendum. Simile est huic, cum sacrile-
gum deprehensum diāmus, non sacrilegum. Et armorū
sācientiam habere, non artis.

¶ Variandi ratio p̄ Synecdochen. Ca. XXIII.

Vehementer adiuuabit copiam & Synecdoche, quā
quidā intellectuē uocant. Quoties ex uno plures intelli-
gimus. Vt Romanus p̄ aelium uictor. Et Poenus fugatus, p̄
Poeni. Ex parte totum, ut mucronē pro gladio, tectum
p̄ domo. retroq̄; ut ingens à uertice pontus. Et fontemq̄;
ignemq̄; ferebant. Ex specie genus, traandior Adria,
pro quouis mari. Acheloia pocula, pro quouis fluuio.
Quod non ita commode uertitur. Ex materia rem conse-
ctam ut Ferrum, pro gladio, abies aut pinus pro nauis.
Ex p̄cedentibus sequentia, ut uirginem soluit zonam
id est de uirginauit. Subdidit equo calcaria, id est, auar-
rit. Breuiter cum aliud ex alio intelligitur. Vixerunt,
pro mortui sunt. Nos quoq̄; floruimus. Et fuimus Troes
Et iam summa procul uillarum culmina fumant, noctem
imminentem intelligimus, cum longe aliud dictum. porro
ex signo rem signatam colligimus.

¶ Variandi ratio p̄ equipollentiam.

Cap. XXIII.

Præcipua

Præcipua uariandi ratio sumitur per ἰσοδυναμίαν, id est per æquipollentiã. Ea constat negationis additione, detractiõne, geminatione, & uerbis contrarijs. Vt prius obtinet, nõ est in postremis. Vir egregie doctus, uir minime indoctus. Omnia sciat, nihil non sciat. Non nihil fallacia intendendũ in hominẽ, id est aliquid fallaciæ. Assumpto aut uerbo diuerso, & apposita aut adempta negatione, statim nouam orationis faciẽ constitueris. Placet, non displicet. Accipio conditionem, non recuso conditionẽ. Verum de his reliquisq; æquipollentijs exactius suo loco tractabimus.

¶ Variandi ratio per comparatiuus. Ca. XXV.

In nonnullis comparatiuis dictionibus fit hæc commutatio à tra negationem, translatis dumtaxat partibus. Vt anteposit famam pecuniæ. Posthabet pecuniam famæ. Minoris facit famam quam pecuniam. Pluris facit pecuniam quam famam. Prius habet lucrum quam honestum. Posteriorius habet honestum quam lucrum. Atq; hæc quidẽ copia nascitur ex contrarijs. Cuiusmodi sunt. Suscipit, despicit, curat, negligit, appetit, fastidit, atq; id genus innumera.

¶ Variandi ratio per relatiuorum cõmutationem. Ca. XXVI.

Facilis est item uariandi ratio per dictiones relatiuas. Vxor illius esse nõ uult, nõ uult illũ maritũ. Recusat illius esse soxer. Recusat illũ generũ. Pudet me huius nurus.

36 DE COPIA VERBORVM

Pudet me huius focrum iuderi . Non alium mihi patrem optem . Nullius malim esse filius . O me tali foelicem pro auctore . Foelicem me qui tuus sim difcipulus . Caue ifti locaueris agrum . Ne committas , ut hic agrum conducat tuum Iandudum expectat ut uiro nubat , Expectat ut fe uir aliquis ducat . Nolim tibi debere , Nolim te mihi creditorē . Hoc me docuifti , Hoc ex te didici . Hoc mihi retulit Paulus Hoc ex Paulo audiui . Plurimum ex ea re capies emolumentum , Ea res plurimum tibi adferet emolumentum . Literae non parum ornamentum tibi conuiliabunt , Ex literis non parum ornamentum tibi accedet . Pater filio reconciliatus eft Filius cum patre redijt in gratiam .

¶ Variandi ratio per amplificationem Ca. XXVII.

Ex Auxefi , hoc eft amplificatione uariatur oratio , cum amplificandae rei gratia uerbum atrocius fubijamur loco proprij , ut Cum occifum dicimus , qui fit caesus . Latrone qui fit improbus . Occidiffe , cui res acerbior acciderit . Exanimatum , dolore affectum , enectum , cruciatum . Mutum qui nihil refpoderit . Reuixiffe qui fperem receperit . Huc pertinent et appellationes illae , de quibus ante nonnihil meminimus , cum carnificem appellamus hominem immitem . Sacrilegum , sceleratum . Veneficam , malam . Praeterea illae . Saelus , monftrum , pestis , labes . Postremo et haec . Atreus pro crudeli . Sardanapalus pro effoeminato . De quibus fuo loco copiofius .

¶ Variandi ratio per Hyperbolen . Ca. XXVIII.

Variat

Variat & hyperbole, quam quidam superlationem nominavit, ut Hic uel saxa sua loquacitate possit rumpe-
re. Caelum digito attingere. Ocyor Euro. Et fulminis oc-
cor alis. Vox astra ferit.

¶ Variandi ratio per μείωσις, id est per
diminutionem. Cap. XXVIII.

Diuersus uariandi modus per μείωσις, hoc est per
diminutionem. Veluti quoties attigisse dicimus, eum q̄ pul-
saut, læsisse qui uulnerauit. Interdum diminutio sapit
Hyperbolen, ut Vix ossibus hærent. Breuior Pygmeo.
Minus habet quam nihil. Verum de his quoq; nonnulla
suo loco differemus.

¶ Variandi ratio per cōpositionē.
Ca. XXX.

Variatur oratio nonnihil & ex compositione. Ea fita
est in his ferme figuris. Asyndeto, Polysyndeto. Veni ui-
di, uia. Tectumq; laremq;. Armaq;. Amycleumq; canē
cressamq; Pharetrā. Sizcugmeno. Id fit quoties ad unū
uerbū plures sententiæ respondent. Fit aut̄ trifariā, aut
cum præponitur, aut cum sequitur, aut cum interponi-
tur. ut Desfloreſāt forma. uel morbo, uel ætate. Vel mor-
bo uel ætate forma desfloreſāt. Aut ætate forma desflore-
ſāt aut morbo. Viāt pudorē libido, timorem audacia, ra-
tionē amentia. Contra. Neq; enim is es Catilina, ut te aut̄

pudor unq̄ à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio
 à furore reuocari. Non unq̄ per iterationē repetitur
 non coniuñctio, sed nomen aut uerbum. Quam Epana-
 lepsim uocant. Nihil ne te nocturnum presidium palatij
 nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus ho-
 norum omnium, nihil hic magnificentissimus senatus ha-
 bendi locus, nihil horum ora uultusq̄ mouerunt? Simile
 huic. Viât pudorem libido, uiât timorem audacia, uiât
 rationem amentia. Aut per συυωυπι. Viât timorē
 audacia, rationem superauit amentia, libido pudorē ex-
 pugnauit. Experiamur igitur quot rationibus eadē sen-
 tentia possit per has figuras uariari. Contemnit deos, con-
 temnit homines. Deos contemnit, homines contemnit. Cō-
 temnit & deos & homines. Et deos & homines contem-
 nit. Deos contemnit atq; homines. Ad hunc locum per-
 tinent & illa. Inedia quam frigoris patietior. Lucri quā
 gloriæ cupientior. Cupientior lucri quā gloriæ. Lucri cu-
 pientior quā gloriæ. Chariorē habeo neminē, & Neminē
 habeo chariorem. Quāq̄ hæc non ita multum adfe-
 runt momenti, adiuuant tamen. Et quibus de causis. Ob
 eam rem. Eam ob rem. Ob causam tam paruulam. Tam
 paruulam ob causam. Veniam ad te, quando ita uult pa-
 ter. Quando ita uult pater, ueniam. Eiusdem rationis est
 cum ex oratione simpliā duplicem faciāmus, aut contra,
 ut Omnia tua mihi debes. Quicquid habes, id omne mi-
 hi debes.

¶ Variandi ratio per σύνταξι. i.
constructionem. Ca. XXXI.

Ex ordine siue constructione item nonnulla sermonis
uarietas existit, id quod superius attigimus. Nam pleræq;
dictiones sunt, quæ non respiciunt diuersam constructio-
nem, ut Multum pudorem, et multum pudoris. Scripsit
mihi, & scripsit ad me. Diuersum seu alienum huic, &
diuersum seu alienum ab hoc. Iactat maiores suos, iac-
tat se de suis maioribus. De te somniaui, te somniaui.
De te ridet, te ridet. Tota nocte potauit, totam noctem po-
tauit. Romanorū summus, summus inter Romanos. Serui-
tus morte durior, seruitus durior quàm mors. Damnatus
est de repetūdis, damnatus est repetūdarū. Natus glo-
ria, natus ad gloriā. Tuæ partes sunt, tuarū est partium.

¶ Variandi ratio per mutationem figure u-
rijs modis. Ca. XXXII.

Variatur oratio quoties alio atque alio affectu, ac
ueluti habitu profertur. Quam interim figure mutationem
licet appellare, ut non est miserum mori, & usq;
adeo ne mori miserum est? nihil est te uanius, an quicquā
te uanius? Hic per interrogationem uariata est figura.
Non magnam laudem assecutus est, Egregiam uero lau-
dem es assecutus? Non ista curat populus. Id populus cu-
rat saluet? Hic per ironiam commutata est sermonis
facies. Vehementer amat pecuniam. Dij boni quā
amat pecuniā? Per admirationē uersus est orationis color.

Tum deos contemnit, tum homines. Haud sc̄o magis ne deos contemnat, an homines? Hic p̄ dubitationē cōmutata est orationis forma. Nihil mihi charius aut antiquius fama. Disperēā si qd mihi charius fama. Hic p̄ adiuratiōnē uariatus est sermo. Ista nunq̄ cogitau. Dij meliora q̄ ut ista cogitarim. Hic p̄ abominationē cōmutatus est dictiōnis color. Est uir insigni uanitate. O singularē hoīs uanitatē. Hic p̄ exclamatiōnē. Nō mō uirgines aliquot stuprauit, uerū etiā Vestalē iāstu polluit. Virgines cōplures stuprauit, ut iterim de uestali iāstu polluta fileā. Hic p̄ occupationē uariatus est sermo. Cum & genere sis obscurissimo, & re nulla, nullis literis, nulla forma, nullo ingenio, quid est cur te adeo iactes? Quid habes cur tam sis insolēs? Nataliū splendorē? atqui genere es obscurissimus. Opes? at uel Iro ipso paupior es. Eruditiōnē? sed bonas literas nec attigisti unq̄. Formā? at ipso Thersite deformior es. Ingenium? at istud profecto nactus es stupidissimū. Quid igitur ista tua iactantia est, nisi mera insania? Hic per subiectionē uariatus est orationis habitus. Neq; uero solū per oēs figuras, uerū etiā per locos prope oēs uariari potest oratio. Ceterū quoniā hęc magis uidentur ad rerū copiā pertinere, secundo cōmentario de his diligentius differemus. Ac formas ferme oēs paucis indicauimus, quibus manente sententia, commutatur oratio.

¶ *Experientiæ. Ca. XXXIII.*

Nunc quores fiat diluādiōr experiundi gratia sententiam

sentiam unam atq; alterã proponamus, conemurq; quoad fieri poterit eandem, ueluti Proterum in omnem speciem uertere. Non quod omnis uariandi ratio in unam quampiam orationem possit inãdere, sed quot inãdent, tot utemur. Sumaturq; illud exempli loco.

¶ Tuæ literæ me magnopere delectarunt.

Tuæ pronomen non admittit Synonymiam. Tuæ amplitudinis. Tuæ paternitatis. Tuæ maiestatis. Periphrasis est. Si nomen proprium ponas, puta Fausti. Heterosis est & partis & personæ, Fausti literæ. Si Faustinae literæ. Heterosis substantiui epitheton.

¶ Literæ.

Epistola, literæ, tabellæ, Synonymia est. Literulæ, epistolam, tabellulæ Heterosis. Schedæ, scripta. Synecdoche. Quod ad me scripsisti, Periphrasis est.

¶ Me.

Animũ meum, meũ pectus, meos oculos, uel Periphrasis, uel Synecdoche. Nos pro me. Enallage numeri. Erasimũ pro me, Heterosis est personæ.

¶ Magnopere.

Valde, uehementer, nimium, mire, mirificæ, magnifice &c. Synonymia est. Magnopere, summopere, supra modum, præter modum, unica, ὡς ἔπος ἐστί ἐστι. Haud mediocriter, non parum, non uulgariter, per contraria & negationẽ diã non potest. quanto pere, incredibile dictu, uerbis consequi nequeam, atque id genus alia Hyperbo-

len sapiunt.

¶ Delectarunt.

Oblectarunt recrearunt exhilararunt. Synonymia est. Nisi qđ in exhilararūt metaphora uidetur esse. Voluptatē attulerunt, uoluptati fuerūt, uicūda fuerūt, & similia Periphrasim habēt. Voluptate pfuderūt, mellitissime fuerūt & cōsimilia. Trāslatiā sunt. Non iniucande fuerunt, non insuaues, à contrariorū permutatone. Reliqua ātra contextum commode ostendi non possunt. Nunc igitur experiamur. ¶ Tuā me literā magnopere delectarunt. Delectarunt mirū in modum tuā me literā. Maiorem in modū me tuā delectarunt literā. Hactenus prāter compositionē nihil ferme mutatū est. ¶ Tuis literis sum magnopere delectatus. Delectatus sum maiore in modū tuis literis. Hic genus uerbi duntaxat est cōmutatum. ¶ Epistola tua me uehementer exhilarauit. Tuā quidē epistola sum uehementer exhilaratus. Tuā literule non mediocriter animū meum refecerunt. Humanitatis tuā scriptis sum nō mediocriter animo refectus. Ex amantissimis literis tuis incredibile cępi uoluptatē. Hyperbole & relatio. ¶ Amantissimā tuā literā incredibilem mihi uoluptatē attulerunt. Nouam quandā leticiā tuā schedā mihi pepererūt. Tuis ex schedis mirificā leticiā concepi. Summū gaudium tuā scripta mihi adportarunt. Tuis ē scriptis summū mihi gaudium allatū est. Ex excellentiā tuā literis, magnā hausimus uoluptatē. Et hic relatio ē. Cætera sibi qsq; facile adnotabit. ¶ Ex Fauisti mei literis plurimū hausi uoluptatis. Tuis ē scriptis haud uul

gariis mihi uoluptas accessit, Epistola tua sum unice delectatus. Ex Faustinis literis mirificū quoddā oblectamentum pœpi. Tuæ literæ sane quā delectarūt animū meū. Ineffabili gaudio tuæ me schedulæ pfuderunt. Hic Metaphora ē. Tuis ex literis noua quadā delectatione sum pfusus. Incredibili læticia tua me scripta delibutū reddiderūt. Et hic Metaphora. Haud parū delectamēti tua mihi conāliauit epistola. Legēdis tuis literis oppido quā sum delectatus. Lectio tuarū literarū singulari uoluptate deliniuit mentē meā. Admodū delectabilis mihi tua fuit epistola. Eximia quadā læticia tuæ me literæ affecerūt. Tuis ex lrīs singulari sum affectus læticia. Maxime uoluptati mihi tua fuit epistola. Sūmo oblectamēto mihi tua scripta fuerūt. Incredibili gaudio mihi tua fuit epistola. Nimis quā iucūda nobis tua fuit epistola. Sūme iucunditati nobis tua fuit epistola. Suauissimæ mihi tuæ fuerūt literæ. Tuis ex literis singularis mihi, pfecta est læticia. Tuæ literæ fecerūt, ut p̄sus ex ilirē gaudio. Tuis acceptis lrīs læticia gesticbā Vbi mihi tuæ sunt redditæ literæ, læticia sum expletus. Lectis amātissimis tuis lrīs, noua quadū læticia correptus sum. Acceptis lrīs tuis, incredibilis uoluptas cepit animū meū. Inusitata læticia me tua demulsit epistola. Qd' ad me scripseris, id mihi tā iucundū fuit quā qd' iucundissimū. Qd' ad me tuas dederis litteras, id uehemēter fuit gratū. Qd' me tuis dignatus es literis, eo nihil mihi potuit accedere gratius. Tuæ me literulæ oppido gaudibūdum effecerunt.

erunt. Tuis literis oppido quā letabundus sum effectus,
 Quod me tuis literis certiore reddideris, fuit id mihi
 non gratum modo, uerum etiā uandum. Cum tua ad me
 perferretur epistola, uidisses me gaudij magnitudine ge-
 stientem. Quod me saltem epistola salutaris, id pfecto uo-
 lupe fuit. Literis tuis nihil adferri potuit optatus. Episto-
 la tua ad nos uenit uehementer expectata. Literis tuis
 nihil adferri potuit desyderatus. ¶ In his tribus Mea-
 tale psus est, aut certe Synecdoche. Nā uanda solent ac-
 cidere, quæ magnopere desydera uimus. ¶ Nō pos-
 sunt non esse uandissimæ Erasmo Faustinae literæ. Nō in-
 uanda mihi tua fuit epistola. Neutiquam insuaues mihi
 tuæ uenerunt literæ. Haud quaquā ingrata mihi tua scri-
 pta acciderunt. Tam mihi dulcis tua fuit epistola quā ea
 quæ sunt dulcissima. Literas tuas multa cum uoluptate
 perlegi. Epistolam tuam non sine summa uoluptate rece-
 pi. Qui mihi tuas reddidit literas, is mihi gaudiorum cum-
 mulum detulit. Dictu mirum quā me tua ceperit episto-
 la. Schedæ quas abs te missas accepi, noua quadam gau-
 diorum luce pectus meum serenarunt. Literæ tuæ quic-
 quid in animo moeroris erat, id omne protinus exusse-
 runt. Miram animo persensi uoluptatem, cum tua nobis
 redderetur epistola. Tuis ex literis uoluptas insolita ani-
 mo inuassit meo. Tuæ literæ fuerunt in causa ut affatim
 gauderem. Tuis literis effectum est, ut totus exultarim
 gaudio. Diu uix queat quantū mihi letitiæ tuis ex literis
 obortum

obortum sit. Vix possim sermone consequi, quantum gaudiorum ex tua mihi natum sit epistola. Dictum mirum est, quantum uoluptatum nobis ex tuis affulserit literis. Deum mortalem quam ingens gaudium nobis est tua prouenit epistola? Pape quantas letitias et iussas nobis tue literae suppeditarunt? Dij boni quam uim gaudiorum tua mihi scripta ministrarunt? Maiorem letitiam tua mihi tabellae attulerunt quam ut explicare possim. Plurimum uoluptatis nobis tuus tabellarius adportauit. Vix credas quantum acruum letitiae literae tuae in animum inuexerunt meum. Verbis eloqui nequeam quantis gaudijs me tua onerarit epistola. Cur autem sic uerear loqui, cum Terentius dixerit, multis comoditatibus oneratum diem? Tuae me literae gaudijs onustum reddidere. Tuis literis ualde sum gauisus. Tuis literis unice sum letatus. Tua scripta nobis uberrimam letitiae copiam offuderunt. Letissima mihi tua fuit epistola. Tuis literis factum est, ut prorsum frontem exporrexerim. Visis tuis literis protinus animi mei frontem explicauit. Inter legendum ea, quae ad me scripsisti, mira quaedam uoluptas animo obrepserit meo. Simul atque tuas inspexissem literas, noua quaedam gaudiorum uis mentem occupauit meam. Inspectis tuis literis, incredibilis quidam aestus letitiae peccus subiit meum. Acceptis humanissimis literis tuis, immensa quaedam letitia me totum obsedit. Emoriar, si quicquam unquam accidit iucundius tuis literis. Disseream, si quid in uita suauius obtigit tuis literis. Ita me Musae bene amet,

ament, ut nihil antehac accidit tuis literis gratius. Caue credas rem ullam obijd à fortuna posse iucūdiorem quā tuæ sunt literæ. Quam ipse charus animo meo tam me iuuant tuæ literæ. Pape quantum gaudiorum tua mihi exatuit epistola? Quatum risus, quantum plausus, quantum tripudiorum tuæ nobis attulerunt literæ? Elegāntissimas tuas literas legens, insolita quadā lætitiā tangebam. Calamus tuus me gaudijs exaturauit. Multam uoluptatē mihi tuæ præbuit epistola. Totū me gaudijs imbuit tua tā elegans epistola. Omnis pectoris mei sinus uoluptate referfit tuā tā amabilis epistola. Rara quadā uoluptate me tuæ resperferunt literæ. Tuæ quidē epistola nouā quadā anīo meo uoluptatē asperfit. Tuis literis nulla res unquā accidit mihi festiuor. Nihil unquā uidi tuis lrīs lubentius. Haud est quicquā quod gaudentiore acceperim animo quā proximas Fauſti mei lrās. Quo me credis affluxisse gaudio, cum tuum nomē tuis in literis agnoscerē. Cum tabellarus tuam mihi traderet epistolā, statim animus mihi lætitiā ineffabili prurire cœpit. Quid ego tibi nunc referā, quæ uoluptas acceperis tuis literis animū Erasmī tui tullarit? Animus gaudio uelut exūdabat, cū tuæ mihi redderetur epistola. Ut lubens tuā accepi epistolā? Posteaquā epistolium tuum ad me delatū est, animus nimirū mihi gaudio efferbuit. Vix eram apud me præ gaudio, cū tuas acceperem lrās. Literarū tuarū lepos, præcipua quadā uoluptate remoratus est animū meum. Nō possum nō uehemēter gaudere quoties tuæ scripta ad nos aduolant. Mel merū

mihi tuæ fuerunt literæ. Quicquid literarū abs te proficiat, id mihi Synere ac melle fluere uidetur. Opiparis literarū tuarum epulis sum lautissime refectus. Tuæ scripta sunt mihi quauis Ambrosia suauiora. Schedules mei Mori mihi fuere uel mensis Siculis lautiores. Nulla uoluptas, nullæ sunt delitiæ, quas cū tuis literis conferre uelī. Nausca sunt oīa præ tuis literis. Inter legendū amantissimas literas tuas Erasmi pectus gaudio subsultabat. Charitate digitis tuis exarata, me quātus erā gaudijs explerūt. Meræ delitiæ cordi meo sunt, quicquid scriptorū abs te redditur. Nil nisi gaudiū tua spirat epistola. Festum diem attulit is, qui tuas attulit literas. Triūphum adduxit qui tuum adduxit epistolū. Nullum ego nectar tuis scriptis ante posueri. An ego ullū mel Atticum cū tuis amātissimis literis cōtulerim? Sacarū non est saaxarum, si cum literis tuis cōponatur. Nulli mortalium tam sapit lothus quā mihi literæ tuæ sapiunt. Quod sitenti uinū, hoc mihi tuæ sunt literæ. Quod apibus Citysus, qd' salignæ frōdes capellis, quod urso mel, hoc mihi tuæ sunt literæ. Epistola tuæ paternitatis mihi fuit quouis melle mellitor. Vbi recepissem tāto pere expectatas tuas literas, dixisses Erasmiū plane gaudijs ebrū. Vt reddite sunt abs te literæ, statim uidisses nos nimia quadā lætā quasi temulētos. Quā uis nix te diligo, tā uix tuis eplis delector. Nil nisi merū delitū tua mihi scripta uidētur. Nō tā palato blādiūtur uelle cupedia, q̄ aīm meū tuæ literæ delmūt. Nulle lautitæ suauitillāt palatū, q̄ tua scripta mentē tūllāt ἀμὸς ἔα;

ἡσυχῶν attulit, qui tuas reddidit literas. Voluptatum
 δάθον adportauit tabellio tuus, tuis ad me redditis lris
 Gaudiorum δάλασσαν aduexit is qui schedas pertu-
 lit tuas. Mihi plane tuæ literæ fuerunt qd' Persis Διός
 ἐγκέφαλος, quemadmodum aiunt Græci. ¶ In his
 porro si quæ uidebuntur eiusmodi, ut in oratione soluta
 uix toleranda putentur, meminerit hanc exercitacionem
 ad carminis quoq; compositionem accommodari. Age iam
 ad eundem modum in altera quapiam sententia uariandi
 facultatem experiamur. Ea; deligatur, natura non ad-
 modum foecunda, neq; ad uarietatem idonea, quo magis
 appareat quantum possit hæc cōmutandi ratio, si usu atq;
 exercitacione confirmetur. Hanc igitur sententiam sumam

¶ Semper dum uiuam, tui meminero. (mus.

Prināpio aduerbio semper nullum respondet Syno-
 nymū, neq; in aliam uocem deflecti potest. Deinde Viuā
 nullum item habet synonymū, & uerbum est unice uo-
 cis id est neutralis, nec ullum ex se propagat nomen præ-
 ter uitam. Deinde Meminero non solum unice uocis est
 uerbum, uerum etiam manam & mutilum, peneq; steri-
 le. Vt potè à quo nulla soboles pfiāscatur, præter memor
 & memoria. Porro duouerba q̄ his opponūtur, mori et
 obliuiscā uidelicet, & ipsa sunt tum manca, tum sterilia.
 Tamen aggrediemur. Cæterum uariandi rationes ex su-
 perioribus per se lector agnoscat. ¶ Semper dum ui-
 uam tui meminero. Nunquā dum uiuam, tui non memine-
 ro. Nunquā

ro. Nunquam quoad uicturus sum, me tui capiet obliuio.
 Haud unquã dum uixerò tu animo exaderis meo. Nun-
 quam donec uiuã, mihi uenies in obliuionẽ. Nunq̃ quoad
 in uiuis ero, tui nobis ueniet obliuio. Non prius tui memi-
 nisse desinam, quã uiuere. Non me ante tui memoria quã
 uita ipsa reliquerit. Vsq; dum spirabo, tui memor fuero.
 Donec hac lux fruuar, tu animo hærebis meo. E' uiuorũ
 contubernio atius migrauerim, quã tui memoria nostro e'
 pectore demigrarit. Ipse prius e' uiuis exæssero, quã
 Morus e' nostra exæsserit memoria. Lux hæc me prius
 deficiet, quã tui immemor esse æpero. Vita me non serius
 desituet, quã tam chari capitis recordatio. Idẽ dies mihi
 tui memoriã eripiet, qui uitam. Eadẽ lux obliuia tui no-
 bis est adductura quæ mortem. Idẽ nostræ tui memoriæ
 uitæq; finis erit. Dum memor ipse mei fuero, tui meminisse
 neutiq̃ pigebit. Non alius nostræ tui memoriæ, quã lu-
 cis erit interitus. Is solus dies tui memoriã extinxerit quæ
 uitam. Ante mei ipsius quã tui obliuisã inãpiã. Nostro e'
 pectore non prius elabetur Mori memoria, quã hæc ani-
 ma. Præter unam mortem nullus omnino te mihi casus ex-
 pectorabit. Ego ne tam iuandi conuictoris unquã uiuus
 queam obliuisã. Tum demum Mori sui obliuisã poterit
 Erasmus, cum ipse sui desinet memor esse. Dum mihi sen-
 sus ullus mei reliquus erit, tu semp animo nostro obuer-
 saberis. Cordi meo charior es, quã ut uiuo quidẽ in ob-
 liuionẽ uenire possis. Intime nostris in præcordijs repo-
 situs est

stus est Morus, sicut præter unã mortẽ, nulla res illum
 illinc queat eruere. Orco tradar ipse prius, quã te mãdẽ
 obliuioni. Dum spiritus his oculis, his manibus impabit,
 tu pectori insidebis meo, dum spiritus hos reget artus.
 Quãdu superit in nobis halitus, nõ quero tui non memi-
 nisse. Dũ in uiuis agã, usq; uiuet in me tui memoria. Is mi-
 hi dies uitæ finis erit, q tui obliuionis erit initũ. Idẽ casus
 hãc animã, teq; e meo reuellet aĩo. Donec supstite esse si-
 nent supi. tui ppetuo recordabor. Dũ quicq; uitalis calor
 ris in hoc pectore palpitabit, tui memoria nõ euanesct.
 Non mihi diuturnior uita futura est, quã tuorũ i me meri-
 torũ memoria. Non mihi breuior fuerit tui memoria quã
 ipsa uita. Non minus durabilis erit tui capitis recordatio
 quã hęc ipsa uita. Me tibi eripiet is dies, q tua memoriã
 adimet. Ipse mihi subducar, priusquã te in memoria habe-
 re desistero. Haud longior erit mihi lucis huius functio,
 quã tuæ benignitatis memoria. Nõ mihi posterius suppe-
 tet luere, quã tui meminisse. Extra me fuero atius, quã in
 Morus intra hoc pectus esse desinet. Vita hęc tuĩq; me-
 moria pari stadio ad metã decurrent. Prorsus non erit
 Erasimus, cũ Mori immemor erit. Nõ extabit hoc caput,
 ubi tam singularis amĩcã quero obliuiscã. Donec supra ter-
 ram acturus sum, non cõmittã ut obsolescat apud me tuæ
 comitatis memoria. Donec cõmunẽ hũc aerẽ hauriã, tu
 crebro animo occursabis meo. Nunq serius futurum est
 Erasmo uitã quã tui memoriã obtinere. Haud mihi serior
 durabit

durabit uita quã tui memoria . Non ante de te cogitandi finem fecero quã Atropos fatale filũ seauerit . Si quã dies unq̃ tui paritura est obliuiscentiã, ea certe nunquã antecesserit ei, q̃ me lucẽ orbabit ipsa . Sol hic quidet oĩa , nunq̃ me uidebit non memorẽ tui . Mors una tui recordationẽ his è præcordijs emouebit . Donec ulla uitæ portio his in artibus residebit , Morus ab Erasmi cogitatione nunq̃ ab erit . Quandiu sanguinis ulla pars hoc in corpusculo calebit, nunquã apud me refrixerit Mori memoria . Mihi quidem dum uita aderit , tu à mente mea nunquã es absfuturus . Quousq; manebit huius animæ corpusculiq; copula, tu à mea memoria nullo tpe seiungeris . Prius animus corpori quàm tu animo meo præsens esse desines . Spiritus ipse átus ex huius corpusculi domiciliõ demigrabit, quã animo impressa meo imago tui deleatur . Acq; diuturna fuerit apud me tui memoria ac uitæ cursus . Eadem erit & uiuendi, & de te cogitandi meta . Non arctioribus pomerijs tui recordatio claudetur quàm ipsa uita . Quoad ulla uena mihi uitali tepore saliet, dulcẽ fuerit usq; tui meminisse . Quantum mea Lachesis fatale stamen extendẽrit, tantundem extendetur & mea tui memoria . Eadem mihi et uiuendi, & de te cogitandi mensura fuerit . Quoad corporis molem flatus uiuificus sustinebit, animum maxime tui memorem geram . Dum lucis usum coelitum indulgentia concedet, te semper animo feram . Dum uitam permittent superi, non commuttemus, ut tam fidi

congeronis unquam nobis obrepit obliuio. Donec me
 non deficiet anima, animum hunc & memorem & gra
 tum nunquam posuero. Quoad usq; sole uolubili frui fas
 erit, hunc hominē habebis tui memorē. Viuū nō uidebit
 Erasmiū, qui uidebit oblitū tuū. Quanto tpe uita mihi du
 ratura est, mens quidē hęc manebit tui recordantissima
 Quandiu supero hoc Ioue continet frui, non mihi contige
 rit obliuiscētia tui. Donec uita perseuerabit, tu cordis obtutu
 bus sempes obuersaturus. Nominis ante mei, quā tam ra
 ri amia mihi uentura est obliuiscētia. Ipse mihi prius ex
 adero quā tui uultus imago. Viuenti quidē Erasmo haud
 unq; exadet Morus. Nulla diuturnitas æui, tui apud me
 memoriam obliterabit. Non nisi mecum tui extinguetur
 memoria. Ante fatalē diē nostrā memoria non elimi
 naberis. Ante obitum non desistam tui meminisse. Ante
 suprema funera non cessabo tui memor esse. Non ante ex
 acta uitę stamina, tui queam obliuiscētia. Viuo quidē Era
 smo, Moria memoria haud unq; effluet. Tui apud me me
 moria nulla unquā ætas antiquabit. Ante summū diē non
 abrogabitur in me memoria tui. Nulla neq; locorum neq;
 temporū iniuria efficiet, quo minus etiā tui q̄ maxime me
 minerim in uita. Per oēm uitā tui meminero. Hęc uitā q̄
 longa continet, cū tui memoria scmp erit coniuncta. Ad
 ipsum usq; rogū me tui memoria prosequetur. Mei sensu
 carebo priusquā coniunctissimi hoīs cariturus sim recor
 datione. A meis ipse membris distrahar, anteq̄ tu ab aīo

meo duellare. Mors mihi citius acciderit, quã obliuio tã dilecti capitis. Certũ est mortem oppetere potius quã tui memoriã non iugiter obtinere. Non nisi me sepulto, tui recordatio sepelietur in me. Tui quidẽ aut mecũ, aut nunquã est interitura memoria. Donec expirem ipse, spirabit in me. Mori mei memoria. Donec apud supos agitabimus nunquam mihi inaccesset tuę benignitatis obliuio. Nihil tam arduũ hæc uita mihi gignere queat, ut tui memoriã ex his præcordijs possit extundere. Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri uita, quę tui conaliet obliuionem. Vuo nihil possit existere, quã mihi tuę erga me humanitatis conflet obliuifentia. Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui quidẽ uiuis soleãt accidere sit unquã cessura. Iis nimirũ monumentis animo meo cõsecratus es, ut ea nullũ æui spatũ ualeat demoliri, nisi forte mors, qui nil rerũ mortalũ nõ cedit. Nisi ipse mortalis essem, nõ dubitarẽ hæc de te memoriã immortalẽ fore polliceri. Si immortalis esset Erasmus, immortalis itidẽ foret tui apud illum memoria. Eiusmodi statuã in animi mei penetrabilibus tua merita erexerunt, ut ea quoad metellus sustinebit, nullo casu sit diruenda. Iis titulis Morus inscriptus est cordi meo, ut eos nulla tpris iniuria possit unquã exedere. Non nisi una cũ etate tui recordatio in me consenescet. Ipse mihi prius exautiar, quã Mori nomẽ ex adytis cordis exigatur. Id unum tibi & confirmo & præstabo, donec in mortalium numero futurus sum, tu e

scrinio memoriæ nunquam dimouebere. Vt oia tempus
 possit, certe hoc unã illi nõ licabit unquã, ut uiuo mihi tui
 pariat obliuionẽ. Semper hic animus tui cum primis me
 minerit, neq; id me dies quãlibet lõga de docebit. Donec
 me tulus alet, unũ illud nunquã quibo de discere, uide licet
 tam rari sodalis meminisse. Donec futurus sum ἐπιχθό
 νιος, ut Homericõ dicã uerbo, Mori memoriã continen
 ter obtinebo. Quoad mihi contuget inter σῆτον ἔσθον
 τας, ut Homericã loquar, annumerari nunq̃ hoc de pe
 ctore Mori uultus labetur. ὁ σφραῖν ἔγωγε ῥῶσι
 μετῖω καὶ μοι φίλα γούνατα δῶρα, quemad
 modũ inq̃t Homerus, tu mihi nunquã es obliuiscendus.
 Hic est noua uariandi ratio. ἐμεῦ ξῶντος ἐπιχθον
 νὶ σερκομένοιο, ut est apud Homerũ nunquã te aufe
 ret obliuio. Tui memoriã ppetuo pariter cũ ipso uita p
 gressu pducã. Supstiti Erasmo sublimitatis tuæ memoriã
 nullus unquã dies expunxerit. Corpe qdẽ abs te distrã
 hi potero, uerũ aĩote semp̃ intuebor, quo ad uitã numina
 largientur. Donec aura uitalis hos artus moderabitur,
 tu à nostris cogitationibus nullo momento es absfuturus.
 Vsq; adeo penitus his p̃cordijs tui impressa est memo
 ria, ut nullo unq̃ p̃sẽto uideatur eradenda. Vt oia tpe
 marcescant, tui certe memoria ad occasum usq; uita apud
 me uigebit. Arctius Morũ meũ animo cõplexus sum, quã
 ut uiuo possit elabi. Eadem me lux exanimem uidebit,
 quæ tui conspiciet immemorem. Adeo uiuam quandam
 imaginem

imaginem tui pectori insculpsisti meo, ut uix etiam mors
 ipsa sit abolitura. Non erit Erasmus tui memoria uiuacior.
 Tam uiuax erit tui apud me memoria, ut ipse nō sim
 futurus uiuacior. Numquā interādet apud me Moria me-
 moria, donec ipse nō interādero. Semp hūc hominē ex-
 perieris tui recordantē, donec uitæ participes erit. Ex-
 pers huius uitæ fucro, prius quā à tui memoria alienus.
 Adeo uiuax est in me tui memoria, ut ipsi nō sim illi futu-
 rus supstes. Alius meæ memoriæ isedisti, quā ut ulla te res
 inde queat emoliri. Tenaacius inheres cordi meo quā ut
 præter mortis casum, quicquā aliud inde te queat eijcere
 Penitus hoc in pectore cōditus es, quā ut hinc ulla ratio-
 ne sis excludendus, donec mihi uitā fata nō inuidebūt. In-
 terius insitus es animo nostro, quā ut inde incolumi quē-
 queas extripari. Fixius impressum est cordi meo simulac-
 crū tui quā ut superstiti possit unquam detrahi. Sic ef-
 figies tui, cogitationi meæ penitus impressa est, ut eam nul-
 la sit ætas abrogatura. Dum uita suppeditabit, nihil exti-
 terit quod fixam animo meo Mori statuam ualeat labe-
 factare. Fieri nunquam poterit, ut uel uiuam parum tui
 memor. Donec apud superos commorabor, ne tota qui-
 dē Lethes aqua, tui memoriam poterit abolere. Do-
 nec aura uiscar ætherea, subinde tui reminiscar. Vitam
 modo deus impertiat, ego tibi mentem perpetuo tui me-
 morē polliceor. Si quis mihi uita functo sensus erit, tam dul-
 cis amici recordabor, tātū abest ut uiuus sim obliturus.

Omnia mihi átus acciderint in uita quã obliuio tui. Tum
 sursum uersus reuertent annes. ut Græc̃s est in prouer-
 bio, cum Erasmus Mori sui poterit nō meminisse. Non a-
 lius me uisurus est oblitū tui, quã qui uisurus est arduis
 pronos relabi riuos montibus, & Tyberim reuert̃, ut
 ait Flaccus. Ante leues alto pascentur ĩ æthere cerui, quã
 uiuum Erasmū Mori capiat obliuio. His coloribus in ta-
 bula pectoris mei depicta est imago tui, ut eam nullo an-
 norum series possit eluere. Supremus uitæ dies me tui
 memorẽ deprehendet. Sospite uita, non me fugiet memo-
 ria tui. Salua uita hac, nō demoretur apud me tui memo-
 ria. Quoad hæc mihi uita comes erit, comitabitur & tui
 recordatio. Hæc me uita tui memorem relinquet. Non auo-
 labit à nobis tui memoria, nisi auolante uita. Ad supremū
 usq; uiuendi limitem, tui nobis memoria perseverabit.
 In obtinēda tui memoria non fuero mihi dissimilis, nisi ui-
 uis esse desiero. Donec hoc uitæ munus diuina benigni-
 tas mihi saluum esse uolet, nō intermoriētur apud me tuæ
 benignitatis memoria. Vita defungar prius quã tu re-
 colere cessabo. Diem obiero átus quã te uentis & auræ
 mandem. Clauis adamantinis nostræ memoriæ infixus
 est Morus, quos non nisi una mors ualeat abrumpere.
 Ad ipsos usq; aneres pergam tui meminisse. Ad extre-
 mam usq; senectã tui me comitatura est memoria. Per uni-
 uersum uitæ spaciū Mori meminert Erasmus. Ad ex-
 tremū usq; rogam tuorum erga me beneficiorum memo-
 riã proroga

ria prorogabitur. Fatalis illa dies deniq; me tui memorē est repturus. Dabo operā, ut tuæ humanitatis recordatio ad libitinā usq; proferatur. Nunquam mihi quicquam obtigerit in uita, neq; tam lætum, neq; tam acerbum. quod tui nominis recordationē ē sinu pectoris mei queat expellere. Quoad hic animus in hoc corpusculo tenebitur illigatus, non exulabit mea memoria Morus. Citius futurum est ut alterum in orbē tui memoriā mecum deferam, quā ut hic abijā. Animam egero prius quā te memorari tenere desiero. Si quando corpus umbrā suam poterit effugere, hic animus tui quibit obliuissā. Non antequam diem uitæ nouissimū clausero, desiturus sum tuam in me beneficiā animo aransferre. Quā longa dabitur uita tam erit longa tui memoria. Par nobis erit memoriæ uitæq; modus. Tui meminero quoad auras carpsero uitales. Absit ut mihi breuior fuerit tui memoria quā uita. Quandiu superabit Erasmus, tandiu tui meminisse non grauabitur. Vita orbabor antequā tui me reliquet memoria. Supero priuabor lumine, ut priscorū more loquar, citius quā Morus ex animo deleatur meo. Ocyus hoc mihi corpusculū friguerit, quā tui memoria frigescat apud me. Inextinctam tui memoriā semp tenebo. Quantū tuis anima fruar, sic enim loquitur Salustius, tantundem tui meminero. Perpetim tui recordatus fuero. Sine fine tui meminero. Nulla res mihi tui obliuionē inuexerit, nisi quæ me ex hac lucæ euerit. Orbem hūc uerterim citius quā

animum hunc tui memorem uertero. Vita me exuerit is casus, qui tui importabit obliuionem. Crudelibus umbris occubero, quemadmodum loquuntur Poetae, atius atq; tui recolere desiturus sim. Effera ipse atius quam tui memoria è corde effertur meo. Ad ipsum usq; bustum me tui memoria prosequetur. Ne defunctus quidē tui possim obliuiscā, nedum uiuus. Viuenti mihi nunquā abolescat hominis tam bene meriti recordatio. Quādo futurum est, ut apud Erasimum euanescat Mori memoria. Nempe dum uita destituetur.

Sed iam sit modus. Neq; enim id agitur, ut ostentemus quousq; nos in commutando progredi possimus, sed ut studiosis adulescentibus exemplo demonstremus, quantum orationis ubertatem paritura sit haec exercitatio. Sententiam enim non admodum felicem, neq; magnopere ad commutandum faciendam ferme ducentes, ut opinor, commutauimus, neq; tamen minutulas illas uariandi rationes sumus anxie persecuti. Nunc quod reliquum esse uideatur, uarias quasdam orationū formulas proponemus, non id agentes ut omnes persequamur, nam hoc utilissimum quidē, uerum prorsus infiniti fuerit operis, sed ut ostensis aliquot, uelut exēplis, uel sibi quisq; similia fingat, uel alius aliquis, qui plus ocij suppetet quā nobis, huiusmodi dicendi figuras ex omnibus authoribus petitas, copiosius atq; accuratius impleat Copia cādidatis. Ac primo loco quot rationibus multa tribui possint aequaliter.

¶ Quibus

Quibus modis tribuimus plura ex æquo.

Ca. XXXIII

Est uir tum eruditus, tum probus. Est iuuenis & formosus, & bene ingeniatus. Est uir doctus pariter ac probus. Est uir doctus simul & integer. Est uir tã doctus quã bonus. Vir est doctus iuxta ac bonus. Vir est non minus probus quã literatus. Vir est non inferior literis quã moribus. Vir est ex æquo probus atq; doctus. Vir est æque literatus atq; incorruptus. Vir est non minore morũ probitate, quã doctrina præditus. Vir est & doctus & integer. Vir est doctusq; bonusq; in carmine. Vir est simul eruditus, simul integer. Vir est doctusq; & integer in carmine. Vir est haud segnius eruditus ac probus. Vir est ut doctus ita & pbus. Vir est doctus & idem probus. Vir est optimus idemq; doctissimus. Vir est pari uel doctrina uel probitate præditus. Vir est non tantum eruditus, sed & integer. Vir est non modo doctus, uerumetiam probus. Vir optimus quoq; est, nedum doctissimus. Non tantum ferunt, sed impellunt. Hæc sermonis forma peculiaris est Senecæ, ut omittatur etiam. Vir est præter summã eruditionem etiam optimus. Vir præter quã quod doctus, est etiã optimus. Vir est de quo dubites, doctior ne sit, an melior. Vir est in quo cum literis probitas morum ex æquo æretet. Vir est qui literas æquarit cum uitæ sanctimonia. Vir est cuius eruditioni respondet morum integritas. Vir est qui parem uitæ casti-

moniam

moniam cum eruditione copularit. Vir summa doctrina, uerum morū integritate neuitquam inferior sese. Interim idem pollet uel. Vir est pari uel doctrina uel probitate præditus. Literis tuis maiorem in modum sum delectatus, uel quod essent elegantissimæ, uel quod humanitatis plenæ. Vir est in literis egregius, neq; sui dissimilis in moribus. Officiū beneficio amulasti. Corporis formā animi dotibus æquiparas. Cum dijs ex pari uiuit. Oratione tua grauer offendus est, partim quod esset incōdita, partim quod arrogans. Cæterum contraria his ferme modis tribuuntur.

¶ Que cōmodius copulent contraria.

Ca. XXXV.

Vir est doctrina quidem egregia, uerum moribus illaudatis. Est ille quidem uir bonus, uerum parum eruditus. Vir est ut lingua blandissima, ita ingenij amarulenti. Vir est ut optimis maioribus ita pessimis moribus. Cæterum inæqualiter remouemus hisce modis.

¶ Quibus modis æqualiter remouemus.

Ca. XXXVI.

Vir est neq; doctus, neq; probus. Nec literis nec moribus probatus. Vir est nō indoctus modo, uerum etiam improbus. Vir est ut indoctus, ita et improbus. Non minus improbus quā illiteratus. Vir est tum indoctus, tum improbus. Aequè indoctus atq; improbus Quintilianus. Nesās præstare uelint minus an possint. i. tā nō possunt

non possunt præstare quàm uolunt. Pariter & indoctus & improbus. Vir pessimus est, & nihilo doctior. Seneca. Flamma deprimi non potest, non magis quàm quiescere. Vir cui nihil sit omnino bonarum literarum, bonorum quoque morum tantundem. Breuiter iisdem ferme rationibus remouemus, quibus tribuimus. Nunc quo modo tribuendum inæqualiter indicabimus.

¶ Quibus modis tribuimus inæqualiter.

Ca. XXXVII

Vir est cum doctus, tum probus. Iuuenis est cum elegantia forma, tum uero moribus optimus. Non pecuniam modo, uerum etiam uitam tibi paratus sum impendere. Vitam etiam tibi impenderim, ne dum pecuniam. Verum hæc uerba non solum, & similia, communia sunt tum ad æqualitatem, tum ad inæqualitatem. Non sat erat impulisse, nisi & proderet. Non sufficiebat spoliasse, nisi & iugularet. Parum erat deformem esse, nisi mores forma dignos addidisset. Nihil erat deformi esse uultu, nisi moribus etiam esset teterrimis.

¶ Inæqualiter remouemus his modis.

Ca. XXXVIII.

Non modo non intelligit, uerum ne legit quidem. Non solum parum intelligit, sed nec legit. Non tantum nihil intelligit, immo nec legit. Ne legere quidem nouit, ne dum intelligit. Non nouit uel legere tantum abest ut intelligat. Tantum abest ab intelligendo ut ne legere quidem nouit.

dem noris. Adco non intelligit, ut nec legat. Vsq; adco non intelligit, ut nesciat uel legere. Hic in bonis literis nihil, quid dicā intelligere? imo nec legere pōt. Hic nihil in bonis lris nō dicā intelligit, imo ne legit quidem. Ingeniū quoq; senectus deterit nedum corporis uigor perpetuo durct. Hora. Nedum sermonis stet honos & gratia uia uax. Nedum eleganter posuit pro eo quod est, tantū abest ut. Eam figuram Quintilianus nouauit ad hunc momentum. Nec enī de omnibus causis dicere quisquā potest. Saltem de prateritis, ut taceam de futuris, id est nec de prateritis. Tantum abest, ut de futuris. Nunc indicandū quemadmodum ordine tribuamus aut remoueamus.

¶ Quo pacto tribuamus aut remoueamus ordine.

Ca. XXXIX.

VT quisq; est gloria dignissimus, ita gloriæ est negligentissimus. Vt quisq; gloria est maxime dignus, ita gloriæ minime est auidus. Optima quæq; uite pars quāocossime præteruolat. Tanto pessimus omnium poeta, quanto tu optimus omnium patronus. Quā uos faālime agitis, tam uos maxime æquum est æqua facere.

¶ Per comparatiuū eadē effertur sententia. Ca. XL.

Quo quisq; dignior est q̄ laudetur, hoc minus laudari gaudet. Quanto quisq; fama dignior, tanto minus affectat famam. Quo quisq; magis promeretur honorem, eo minus honorem appetit.

¶ Ea uerti possunt hoc pacto.

Hoc miā

Hoc minus ducitur laudis cupidine, quo quisq; laude sit dignior. Tanto quisq; minus optat pecuniam, quanto minus possidet pecuniæ.

¶ Augendi posituum. Formule.

Ca. XLI.

Positua augetur compositione harum dictionū per, per quam præ perdiffiale, per quam diffiale, præ longus, præualidus, præpotens. Quod idem contingit in uerbis, peruelim, perquam uelim, percupio. In quibus idem interdum effiat hæc præpositio de, deamo, de miror. Eandem uim uidetur obtinere ad, adprobe, adfibre, adprime, adamo. Adiungunt uere consulti præpositionem in, tanquam idem tollentem. Ut indiffialis pro ualde diffialis. Citra compositionem Quã, sed figurate. Quã tenere amat filium. Quã nihil pudet? Ut eandem uim obtinet. Ut gaudet? ut est seuerus? Immane quantum distat, ad hanc rationem pertinet. Præterea his aduerbijs intenditur oppido quam, sane quam, nimisquam, oppidoquã antigerio, qd' prisum est. Atq; hæc nõ repudiatur & a uerbis. oppidoquã amat. Nimis quã cupit. Sane quã uelim, per quã uelim, percupio, sane quã cupit. Neq; diuersam uim habere uidetur Næ. Næ ego infelix homo sum. Faaüt næ intelligēdo, ut nihil intelligāt, Item aduerbia illa omnia epitasin significãtia. Admodũ, ualde egregie, insigniter, insignite, magnopere, maximo pere, summo pere, tanto pere, & quãto pere figurate.

Adco p

Adeo pro ualde, maiorem in modum, mirum in modum, supra modum, præter modum, singulariter, unice, eximie, impendio, impense, effuse, atq; alia innumerabilia. Plusquam item magnam uim augēdi obtinet. Homo plusquam insanus. Senex plusquā delirus. Cui finitimum est nō tantum. Vt homo non tantum uino temulētus. Terq; quaterq; beati. Græcicum est. Latinis tamē usurpatum, in carmiue potissimum. Sunt et aliæ formæ longius petite. Incredibile dictu, quā elegans. Diū nō potest. Sermonē consequi nequeam. Et rara quadam modestia. Præcipuum honorem. Primariam laudem. Incredibili sapientia. Haud uulgari doctrina. Et deum immortalē qua doctrina uirum? id est egregia. Plus satis animosus. Plus nimio tristis. Plusquā par est. Atq; id genus alia non absurde fortassis ijs adiungantur. Nam uulgata est illa amplificandi ratio, quoties suplatiuus pro posituo ponitur. Plurima pro multis admodum. Maxima pro uehemēter magnis. Vt Dicere tibi promptissimū est, Mihi facere failli-

¶ De uariando posituo.

(mum.

Vt mur uulgo cōparatiuis, p absolutis, uel ipso Quintiliano authore. Vt si quis se dixerit infirmiozem id est meticulozum.

¶ Rationes minuendi posituum.

Ca XLII.

Minuitur è regione posituus appositis præpositionibus. Subtristis, subrusticus, subobscurus, subasper.

asper, subinuidus, subinanis, subfuscus. Quod idem acci-
dit i uerbis, subpudet, subirasatur, subolet, subridet, sub
odoratur subtimet. Minuitur & aduerbijs appositis.
Nonnihil molestum est. Vt tanq; iucundum fuit aliquan-
tulum mordax. Quae uerbis etiam adiunguntur. ¶ Pre-
terea de formatione in uocem diminutiuam, quae uaria fin-
gitur. Argutulus, acutulus, minutulus, ranadulus, putidu-
lus, diutule, sepiacule, ebriolus, saolus, tenellus, nigellus,
integellus, philosophaster. Tullius. Comparatiuus posituus
loco diminuit, ut tristior. i. subtristis. Sed ferme in uituu
accipitur addito aduerbio paulo, & κατ' ἑλαττω. Vir
integer quide, sed seuerior, uel paulo seuerior id est
paulo seuerior qua conuenit. Facundus homo, sed paulo
loquacior. His igitur modis uituu fere significamus cu ex-
tenuatione. Diminuuntur et uerba uocis deflexione. Vt
uellio, cantillo, cantito, uolito, dormito. Paru & non ad-
modum idem efficiunt, ne paru multa sare uiderentur.
Vir non admodu senex. Non admodum adulescens. No
perinde sapiens ut diues. Non satis mihi liquet. Parum
mihi liquet. Minus compertum habeo.

¶ Quibus rationibus augetur Compa-
ratiuus. Ca. XLIII.

Comparatiuum peculiariter his aduerbijs amplifica-
tur. Longe & multo nimio. Tum his multis partibus in
immensum, in infinitum, infinitis partibus. Longe uenusti-
or. Multo grauior. Nimio seuerior. Multis partibus pre-
stantior

stantior. In infinitū ualior. In finitīs partibus diuina huius
manis sunt potiora. Tanto & quanto figurate idem efficiunt.
Tanto corpore prestantior est animus. i. multo. Pape
quanto satius est amicis quàm pecunijs abundare?

¶ Quibus modis imminuitur Comparatiuum.

Minuitur aduerbijs posituius. Paulo uenustior est Gellius
quàm Macrobius. Aliquanto breuior est hic quàm ille.
Nihilò ditior. Ne tantillo quidē melior eris, si diues fue-
ris. Minimo fuerit honoratior, si titulus accesserit. Quan-
tulo figurate pro quàm paulo. Pape, quantulo hic homo sa-
pientior est. i. pene nihilo. Minuuntur & deflexione uo-
cis. Grandiusculus. i. paulo grandior. Meliusculus. Cele-
riuscule.

¶ Quibus rationibus augemus Superlatiuum. Cap. XLIII.

Superlatiuus augetur iisdem aduerbijs, quibus Com-
paratiuus, longe, multo. Accedit autē facile. Cicero longe fa-
cundissimus. Et idem uir multo omnium optimus. Facile
facundissimus. Idem efficitur per tanto & quanto figurate
posita. Vt deum immortalem quanto Socrates philoso-
phorum omnium optimus? Quam in compositione non ni-
hil addit augmenti. Quam plurimos uidi, ut quam optime
res cadat, tibi nihil commodi fuerit. Per hyperbolē au-
getur hoc modo. Mulier plusquam pessima & pessima
peior. Homo non loquacissimus, sed ipsa loquacitas. Et
ipsa

ipsa loquacitate loquacior. Ipsa Venerc uenustior. Superlatiuus non recipit diminutionem, nisi forte per quidem, aut similem conuentionem. Est ille quidem uir doctissimus, uerum moribus non perinde probatis.

¶ Periphrasis Comparatui. Ca. XLV.

Comparatiuū a ratione reddimus per aduerbia comparandi magis & minus. Auidior uoluptatum quam pecunie. Magis auidus uoluptatum quam pecunie. Huic finitimum est potius. Voluptatum auidus potius quam pecunie. Item. Non tam uoluptatum appetens quam pecunie. Minus auidus pecunie quam uoluptatum. Non perinde literarum admirans quam pecunie. Breuiter modis illis omnibus quibus diximus inæqualitatem significari.

¶ Obtinent & uerba quedam uim comparatui. Præstat lucrum pudori, id est potius est lucrum pudore. Cicerone Platone facūdior. Plato Cicerone doctior. Cicerone Platonem superat eloquentia. Plato Ciceronem antecellit eruditione. Hieronymus Augustinum uincit rerum scientia. Augustinus Hieronymum antecit ingenij subtilitate. Huc pertinent & illa. Anteponere. Præferre, posthabere, præcellere, cedere, secundum esse, præripere laudem, & si qua sunt similia. Nam his ferme modis orationem comparatiuam uariamus. Magis amat pecuniam quam famam. Pecunie Socrates amans est magis quam famæ. Pecuniarū amantior est quam famæ. Famā pecunie post-

E ij habet.

habet. Fame pecuniam antepōit. Minus fame cupiditate
 duatur quàm pecuniæ. Impensius amat pecuniã quàm fa-
 mam. Huic potior est pecunia quàm fama.

¶ Quibus modis superlatiuum uaria-
 mus. Cap. XLVI.

Superlatiuũ uariatur primum aduerbijs quæ appo-
 nuntur, uel uerbis, uel nominibus posituis. Amat te ma-
 xime. Amantissimus est tui. Effusissime te diligit. Vir in-
 doctissimus, uir minime doctus. Minime multos. i. quam
 pauçissimos. Variatur et p̄ cõparatiuũ idq; affirmatiue
 sed inusitatus. Negatiue frequentius. Cicero reliq; omnia
 bus eloquentior. Cicero quo non alius eloquentior. Quo
 non præstantior alter. i. oim præstâtissimus. Nihil minus
 amat q̄ assentationẽ. Nulla re minus capitur quã gloria.
 Nihil hũc æque delectat atq; musica. Nihil prius habet
 quã adesse cõuiuijs. Nihil pulchrius duat quã diuite uo-
 cari. Nihil minus faciã, nihil minus sentiebã quàm qd̄ tu
 suspiabere. Homo quiduis potius quàm doctus. Efficiam
 ut intelligas oia mihi defuisse potius, quàm fidẽ ac diligen-
 tiam. Oia potius quã illud agnoscat. Quiduis potius quàm
 uanitatẽ fatebitur. Nullo inferior. i. summus. Nullo non
 inferior. i. oim infimus. Nemine non deformior. i. oim de-
 formissimus. ¶ Per uerba nonnunq; idẽ effiatur. Cicero
 superat oēs dicendi copia. Vinat oēs candore. Nemini
 cedit candore. In dicendo primapatũ obtinet. Primas tenet. Arcem

net. Arcem tenet. Adde huc & illa. Vir præter cæteros
 spectatae fidei. Præter oēs te diligit. Supra cunctos tue
 gloriæ fauet. Ante oīa rei studendū. ¶ Vnicus & solus,
 primus, singularis & similia natura suplatiuam signifi-
 cationē habent, ut & singularis. Vnicus te amat. Solus est
 homo homini amicus. Singulari beneuolentia te prosequi-
 tur. Primam laudē obtinet. Tullius eloquentiæ princeps
 penultorū Alpha. Eodē ptinent. Tam faciendus, ut cum
 hoc nemo sit conferendus. Tam eruditus, ut ei nemo sit
 æquandus. Tam prudens, ut parē non inuenias. Sic ut
 mihi nunq̄ in uita fuerit melius. Adeo placet, ut magia
 non possit. Itē & illa. Quis hoc uno faciendior? Quid in-
 uenias pecunia uilius? An quicq̄ est patria dulcius? Er-
 ras si credas mihi quicquam esse uno te charius. ¶ Sunt
 & illæ orationes adnotandæ. Officiū tuū tam mihi gratū
 fuit quā que gratissima. Tam te amo quā q̄ maxime.
 Amabat Pamphilus ut cum maxime. Rursum hæ quoq̄
 Hoc mihi crede, si qd unq̄ es crediturus. Homo doctus,
 si quisq̄ est omnino doctus. Homo quantū alius nemo do-
 ctus. Nullus æque pernouit hominis ingenium atq̄ ego.
 Haud alium reperies perinde tui studiosum. Neminem
 adæq̄ timet atq̄ te. Si alias unq̄, nunc summa uigilantia
 utendum est, id est nunc maxime. Si quando alias amicū
 præstitisti, nunc ostende quanti me faciās. ¶ Quantū po-
 test, quoad fieri potest, & consimilia, superlatiu uim ui-
 dentur obtinere. Tu quantū potes abi, id est q̄ocissime.

Enitar quoad potero, id est q̄maxime. ¶ Haud ab re fuerit huc annumerare denominationes, & comparatiōes illas per hyperbolen sumptas. Vt si quis hominē crudelissimum, Atreum appellet. Eloquentissimū, alterū Cicaronem. Seuerissimum, tertium Catonem. ¶ Tum per cōparationem. Hic est niue candidior. Scythia barbarior. Graculo loquacior, aut turture. Verum huius generis alia quot exempla commemorare, non inutile fuerit. Sumuntur autem varijs modis. Vel à re quapiam eximia, ut Niue candidior. Pice nigrior. Vel à nomine abstracto quod uocant. Cæatate cædior. Vel ab animante insigni, ut Talpa cædior. Caprea oculator. Vel à persona insigni, ut Phalaride crudelior. Tum adhibentur per simplicem denominationem. Vt si rem uehementer suauem, mel aut nectar appelles. Rem uehementer acerbam, fel. Hominem supra modum senem, senium ipsum. Vehementer sceleratum, scelus. Odiosum, odium. Ganeonem, cœnum. Lurconem, barathrum. Contaminatum, labem. Contemptum, quisquilias. Impurum, sterquiliniū. Perniciosum, pestem. Tenebrionem, tenebras. Inquinatum, lutum. Infamem, propudium. Portentuosum, portentum. Dedeorosum, dedecus. Molestum, ulcus. Vitiosum, sentinam. Odiosum, odium hominis. Brutum, pecudem. Virulentum uiperam. Vehementer cæcum, talpam. Vehementer rapacem, lupum. Impendio deformem, Therpsitem.

¶ Eadem

¶ Eadem hæc nomina per comparati-
onem effèrri possunt.

Melle dulcior	Buxo pallidior
Pice nigrior	Sardois herbis amarior
Niue candidior	Alga uilior
Pluma mollior	Rusco horridior
Oleo tranquillior	Glacie frigidior
Auricula infima mollior	Actna æstuantior
Auro purior	Beta magis insipidus
Plumbo stupidior	Trutina iustior
Stipite tardior	Spina distortior
Caudice stolidior	Ampulla inanior
Silice durior	Pluma leuior
Cortice leuior	Ramento lenior
Littore surdior	Vento instabilior
Aequore surdior	Morte odiosior
Adria iracundior	Baratro æpador
Spongia bibador	Rubo arido præfractior
Harenis sitientior	Charybde uorador
Aere Dodoneo loquador	Clemate ægyptia nigrior
Vitro fragilior	Corcuro uilior
Pila uolubilior	Crambere cocta molestior
Cothurno instabilior	Subere leuior
Alno procerior	Clauo purior
Cote durior	Floralibus licentiosior
Sole clarius	Pistillo retusius ingenium

72 DE COPIA VERBORVM

Magnete illiabilior	Calamitate calamitosior
Pumice aridior	¶ His finitima sunt illa
Cornu siccior	Venere formosior
Vuis passis aridior	Marte bellacior seu pugna
Dolio ptufo incontinentior	Mercurio facundior (acior
Cribrum infidelior	Salute ipsa salubrior
Laterna magis pellucidus	Fortuna ipsa fortunator
Fonte purior	Ipsa infortunio ifortunator
Euripo ingetior aut incons	Vertumno inconstantior
Oculis charior (stantior	Proteo mutabilior
Luce magis dilecta	Empusa magis uariius
¶ Item per hyperbolem	Ipsis Gratijs humanior
eadem uocē iterata.	Ipsa Momo mordacior
Ipsa cæcitate cæcior	Priapo salacior
Ipsa nequitia nequior	Minerua doctior
Ipsa fame esurientior	Euterpe conānrior
Ipsa siti siticulosior	Pluto ditior
Voraacitate uoracior	Penia pauperior
Quauis peste pestilentior	Furia furiosior
Ipsa morositate morosior	Harpyia rapacior
Ipsa loquacitate loquacior	¶ His proxima sunt nomina per
Deformitate deformior	sonarū, quæ petuntur è Tra
Quouis mōstro mōstrosior	gœdijs aut comœdijs aut
Confidentia confidentior	fabulis alijs.
Senio senilior ipso	Gnathone adulantior
Ipsa stultior stulticia	Thrasone gloriosior
	Phormione

Phormione confidentior	Stentore clamofior
Geta uerfufior	Tirefia cædor
Euclione tenaciõr	Bufiride illaudator
Thaide blandior	Sphinge inuolutior
Demea afperior	Labiryntho intricator
Mitnone lenior	Dædalo ingeniofior
Parafito edaciõr	Iaro audaciõr
Tantalo fitientior.	Gigantibus elatior
Atreo crudelior	Gryllo ftultior
Horefte infanior	Exætra pertinaaciõr
Aiace infanior	¶ His confinia funt quæ fu
Vlyffe dolofior	muntur ex hiftorijs, ut
Therfite deformior	Phalaride crudelior
Nefiore facundior	Timotheo fœlicior <i>Hinc refer.</i>
Nefiore uiuaciõr	Polycrate fortunatior <i>Gygis fan.</i>
Orpheo uocãliõr	Timone inhumanior
Glauco ftupidior	Sardanapalo nequior
Cyclope immanior	Numa religiofior
Iro pauperior	Phoãone uftior
Penelope caftior	Ariftide incorruptior
Nireo formofior	Cræfo ditior
Tithono uiuaciõr	Catone præfractior
Diana intactior	Craffo loauptior
Achille animofior	Codro pauperior
Erifitone efurientior	Aefopo luxuriofior
Niobe fœcundior	Herofttrato ambitiofior

Fabio cunctator

Socrate sanctior

Milone fortior

Chryssippo acutior

Lynæo perspicacior

Thracalo uocalior

Demosthene facundior

Curione obliuiosior

Hannibale uafrior

Heraclito obscurior

Aristarcho doctior

¶ Huc pertinent & illa
quæ sumuntur à gētib⁹.

Pœno perfidior

Scythia asperior

Scythotauris inhospitalior

Cretensi mendacior

Parthis fugacior

Græco uanior seu leuior

Thraabus bibacior

Thessalo perfidior

Care uilior

Leontinis luxuriosior

Sybarita fastosior

Milesijs effœminator

Arabiditor

Pygmeo breuior

Arcade stolidior

Cretensi uanior

Asoto luxuriosior

¶ Addatur his ea quæ sumuntur ab animantibus.

Muliere loquacior

Passere falacior

Hircolibidinosior

Ceruo uiuacior

Coruo uiuacior

Cornicæ uuuacior

Graulo loquacior

Lusania uocalior

Dipsade nocentior

Vulpe fraudulentior

Echino asperior

Angulla lubricius magis

Lepore timidior

Piscæ sanior

Delphino lasciuior

Phœnicæ rarior

Scrophæ facundior alba

Nigro cygno rarior

Albo coruo rarior

Vulture edacior

Scorpio

Scorpio improbior	Fele rapador
Iaculis inexpectator aut pe silentior.	Ceruis demissis aurib ⁹ sur
Testudine tardior	Laro stultior (dior
Cochlea contractior	Cocycæ importunior
Glire somnialosior	Scarabeo improbior
Sue indoctior	¶ Idem pollem que sumū
Afello tardior	tur ab officijs, ut
Hydra immitior	Carnificæ immanior
Dama timidior	Lenone periurus magis
Hirundine tibator	Cinædo effœminator
Cane rixosior	Milite gloriosior
Tauro robustior	Athleta robustior
Equo indomito ferodior	Rege magnificentior
Vrso hispidior	Arcopagita tristior
Tipula leuor	Monacho imperitior
Simia lasiuor	Hære dipetis adulantior
Cane adulantior	Tyranno uicentior
	Fossore durior

¶ Eandem uim obtinent uoces denotatiuæ ab his de
formatæ. Ut mellitū pro uehementer iucūdo. Niuei mo
res, p uehementer puris. Aureū seculum, p magnopere
foelia, laudatoq;. Plumbeū saxum, p duro. Blitū beta
æum, p fatuo. Fialnū, p molli. Adamantinū, p duro, ac la
borū egregie tolerant. Vitreū, p fragili Vultureus ueter
Vulpinū ingenū. Leonina feroitas. Thrasonica iactātia.
Demeana asperitas. Stetorea uox. Ciaroniana faciūdia.

Cuius ge,

Cuius generis plura sunt, quàm ut numerũ eorum persequi laboremus. Illa porro longius quidem petita uidentur, sed tamen hunc ad locum pertinent. Quam autem nunc merum lupus, aut torrentia flumina ripas. Non pluris illius conuita factio quàm alicam elephantus Indicus. Pili non factio. Naua non factio. Flocci non factio. Sed hæc alio loco.

¶ Cõmunis omnium graduum uariatio. Ca. XLVII.

OMnes gradus arcuione uariamus. Vir magno opere doctus. uir magna doctrina præditus. Magis doctus. Maiore doctrina præditus. Doctissimus. Maxima doctrina præditus. Ea res cum magna, cum maiore, æm summa turpitudine coniuncta est.

¶ Aequipollentiæ quæ uocantur ἰσοδυναμίαι si gnorum, id est æquipollentiæ non mediocriter ad orationis copiam faciunt. Quare primũ uocam ipsarum inter se discrimina pauis ostendemus. ¶ Totus ad partes refertur magis quàm ad formas. Si mors totum hominem absumeret, merito tantopere formidaretur. Totum hũc mensem, totam hanc noctem sine fruge transégi. ¶ Cunctus ad singula, quæ ratio nominis complectitur, generatim refertur. Cunctos Romanos. Cunctos mortales.

¶ Uniuersi, omnes simul collectos significat. Veluti congemians rationem generis. Aut nullam aut uniuersam pecuniam uult, id est omnem simul. Teren. Id illa nunc abripiet uniuersum. ¶ Singuli huic diuersam habet rationem. Nam omnes quidem ita significat, ut unusquisque
singul^{is}

latim per se intelligatur. In singulas naues singuli milites acersebatur. ¶ Omnis quasi generale est ad omnia. Siquidem omne corpus pro toto dicimus. Et omnem populum pro toto populo. Et omnem diem pro singulo die, siue pro quouis die. Hora. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Et omnes pro cunctos, & omne pro uniuersum. Teren. At ut omne reddat. Tametsi hic pro toto positum uideri possit. ¶ Quisq; addit rei cuiuspiam in singulas partes distributionem. Vt sua cuiq; sententia. Natura animantium sua cuiq; dedit arma. Suas cuiq; dotes largitus est deus. ¶ Unusquisq; nihil a quisq; differre uidetur, nisi qd' p singulo ponitur. Vnūquēq; sua cupiditas duat. Nunc unūquodq; crimē cuiusmodi sit excauiamus. Nihil aut prohibet et singuli per distributionem huiusmodi accipi. Singulis nauibus singulos duces p̄secat.

¶ Quisquis non absoluit orationem. Quicunq; modo perficiat. modo non perficiat. Quisquis grauabitur semen tem facere, is non metet. Quicunq; recusabit laborē, non feret fructum. Aliquoties absoluit propemodum cum significat ignorantia. Vt quisquis fuit ille deorum. Quisquis es armatus, qui nostra ad limina tendis. In obliquis nonnunquā unico uerbo contentum est utrunq;. Rem faciās quocūq; modo. Hominem quoquo modo absoluas, pro quouis modo. ¶ Quilibet & quiuis ātra discrimen unumquodlibet significant. Hora. Quelibet in quemuis opprobria dicere se uis. Resoluiuntur autem per con-

unctio

unctionem uel, cum omnis & reliqua serme per copula
tuã exponantur. Quemuis arbitrũ cædo. i. uel hunc uel
illum mea nihil refert. Qualibet hirsutas frõde tegente co
mas, quod græci dicunt ΤΥΧΩΝ, quasi nõ delectum, sed
fortuitum, & casu oblatum. ¶ Unusquibet consimilẽ
obinet rationem. Significat enim unũ aliquem e multis,
quicunq; sit ille. Delizas tibi authore unumquẽlibet.

¶ Et unusquiuis ab hoc nihil differt. Hæc autẽ quilibet,
quiuis, unusquibet, unusquiuis non nisi unicum uerbum
admittunt. Semper enim absolutã reddunt orationem.

¶ Quantuscunq;, qualiscunq;, quãtusquantus, qualiscunq;
lis, eandem obtinent rationẽ cum quicunq; & quisquis.

¶ Aduerbia item utut, utancq;, ubiubi, ubicunq;, quoquo,
quocunq;. Breuiter cõposita semper sequuntur naturam
particulæ appositæ. Vndeuis, undelibet, undecunq;.

Quorum duo prima absoluunt orationẽ, postremũ com
mune est. Quocunq;, quoquo cõia sunt. Quolibet et quo
uis nõ sunt. Quoquouer sum & quaqua uer sum cõia sunt.

Vbiuis & ubilibet absoluunt orationẽ. Vbicunq; cõmu
ne est. Vbi ubi non est, uti nec utut. non enim absoluunt
constructionem. ¶ Vter qd' ad duo ptinet, cum iisdẽ

cõpositum, idem accipit discrimen. Vterancq; anceps est,
uteruis absoluit, uterlibet itidem, utroancq; anceps. utro
uis, utrolibet absoluũt. Vterq; copulatiue significat, ut

& illa. Vtroq;, utrinq;, utroq; uer sum. ¶ Aliquis im
finite significat unumquẽpiam. Quid si hoc aliquis uolu
it deus? Quis idẽ pollet sed his serme dictionibus præ

cedentibus. Si, Ne, Num, Ec, ubi. Si quid extiterit noui. Ne quid temere faxis. Num quem tuorū offendi? Ecquid tutetigit? Ecquam habes uxore? Vbi quis te laeserit. Vbi pro alicubi, unde pro alicūde usurpatur duntaxat in cōpositione, ut Siubi, neubi, nunciubi, siande, neande.

¶ Quidam desinite accipiuntur. Quendā uolo uisere. Nisi cum habet aut contemptū, aut translationem. Vt Isidorū quendā mihi atabat. Perinde quasi dicas, Isidorū nesio quem. Lachrymas emisit quendam animi sanguinem. i. ueluti sanguinem. Seditio morbus est quidam ciuitatis.

¶ Quispiā anæps est ad usum quidam, & item ad usum aliquid, tametsi refragatur Valla. Sed complurū authoritas Vallæ reclamationat. Mittito ad me tuorum quempiam. Est domi tue quispiam, cum quo iure debeā expostulare.

¶ Quisquam & Vllus inter se conueniunt. Siquidē præterquā quod habent plusculum uehementiæ quā superiora. illud quoque peculiare obtinēt, quod gaudēt uel negatiōe, uel signo Si, uel ne, prohibentis uel interrogatiōe, ut Haud ullus mortaliū ista possit præstare. Haud possit mortaliū quisquā ista præstare. Si quisquā est qui sapientiā cū eloquentiā coniunxit, certe Tullius is est. Vide ne quisquā hic aufugiat. Caue ne quoquam oculos tuos à meis dimoueas. An est quisquā qui suam amicam se præsentem? Num quisquam est mortaliū tam patiens? Similis est ratio aduerbiorum, usquam & uspiam, quantum ad signa pertinet.

¶ De ppositione generali.

Ca. XLVIII.

His iactis

His iactis, æu fundamentis, ad æquipollentias progrediamur. Propositionem generalem, uel uti uocant uniuersalem, uarijs modis effidimus. Primū p̄ prijs ac peculiaribus signis. Omnes amicos alienauit. Deinde per negationem. Neminem nō alienauit. Deinde per interrogationem. Quem nō amicum alienauit? Virg. Quas gentes Italum, aut quas non oraueris urbes? Nulli nō malediās. Duplex generale signum non liceat eodem modo uertere. Cicerō. Cum omnibus omnia minabatur. Omnibus omnia inuidet. Neq; enim recte, nihil non inuidet alicui. Omnibus malediās. Quis est cui non malediās? Oīa dixit. Quid non dixit? Vt autem interrogatio addita negatione generaliter affirmat, ita ātra negationem generaliter remouet. Quid possit diā stultus? Id est nihil diā possit stultus. Deinde per signa infinita. Haud peperat alicquam. Non est ullum ueritus. Haud ullum est faciūus reliquum, quod non peregerit. Non exæpit aliquem. Neminem exæpit. Idem effidatur per quantum & quicquid, & si quod aliud. Quantum est hominū uenustiorum id est omnes uenustiores. Quicquid erat copiarum eo traxit, id est omnes copias. Et si quid erat copiarum amisit id est omnes copias. Si quid alias sibi bonæ famæ compararat, id nunc perdidit. Redditur generalitas æu p̄ uerbiali figura, ut cum diāmus. Miscebis sacra prophetanis, id est omnia. Item Iuuenesq; senesq; pro omnes. Neq; magnum neq; paruum, id est nihil. Est & infinita proposito.

fitio. Per fas, ne phasq;, id est quocunq; modo, quo iure, quauē iniuria.

¶ De propositione non generali. Ca. XLIX.

Non nihil est uel aspiciere, id est aliquid est. Non nulli pluris faciunt pecuniam quā fidem. Inest & infantibus non nihil ingenij. Non omnem pecuniam absumpsit, id est est quā non absumpsit. Qui legat argentum factum, nō omne legat argentū. Omititur interdum signum, manente sententia. Sunt qui pecuniam anteponant famæ. i. sunt aliqui. Est ubi peccat. i. alicubi peccat. Est q̄ plures agros occupet. i. aliquis. Vbi nonnunq; subauditur quiddam. Est in quo mihi possis magnopere gratificari. i. quiddā. Negatio iterata nonnunq; necessitatem significat, non affirmationem simplicē. Vt non possum non ridere. Non possum non mirari. Non potest non uolui cœlum. Non potest nō stare terra. Non potest non uerum dicere ueritas. Id accidit dumtaxat in hoc uerbo possum.

¶ Elegancia signorum. Ca. L.

Illud igitur obseruandum, ne signorum differentias in uariandis propositionibus confundamus, id quod fere faciunt hi, qui uulgo dialecticā profitentur. Non erit tibi res cum quoquam, id est cum nemine tibi res erit. Non erit tibi res cum quolibet homine. i. erit cum homine singulari ac præstanti. Altera est negatiua, altera affirmatiua, & longe diuersam habent uim. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum, id est nō contingit, nisi præcipuis. Non

G contingit

contingit ulli. Vides quanto aliud pollet. Non amat quem
 piam e ministris. Non amat aliquem. i. neminē. Non sa-
 tis amat quendā, unū significas quē oderit. Non satis tibi
 fauet qdā. Non tibi fauet quisquā. Tota ratione dissident.
 Non recusō quēquā, recte dicitur. Non recusō quēlibet,
 perperā, nisi in diuersa sententia. Nō exclusit oēs, id est
 quosdam non exclusit. Non exclusit quoslibet, significat
 delectu quodā alios exclusos fuisse, alios admissos. Oia
 folia huic arbori decident, uere dicitur. Vniuersa dec-
 dent, falso. Singulos salutauit. Non salutauit quemlibet.
 Lupæ unumquemlibet admittunt. i. ātra delectū quos-
 cunq;. Vide ne cui dicas. i. nemini dixeris. Vide ne dicas
 cuiquā. Vide ne cuipiā dixeris. Vide ne dixeris aliaui. Vi-
 de ne mortalū ulli dixeris. Hac tenus idem pollēt. Vide
 ne cuiuis, aut ne cui libet dixeris, id est uide cui dicas, &
 uide ne te mere apud hominem quēcunq; effutias. Omnes
 sibi malunt esse recte quā alijs. Sibi quisq; uult esse recte
 potius quā alijs. Idem pollent. Nemo non malit sibi recte
 esse quā alijs. Singuli sibi malint esse bene quā alijs. Ha-
 ctenus idem pollent. Vniuersi sibi malunt esse recte quā
 alijs inepte diceretur, propterea quod uniuersi peccariē
 uim habeat. Toti respondet aliquantum, quod aliquam
 partem significat. Semper respondet aliquandiu, id est
 aliquanto tempore. Vt superius admonuimus, omnis red-
 di per quantum, itidem totus redditur p quantum, quā
 longus. Homo quantus erat, humi prostratus est, id est
 totus.

totus. Nūc hyeme inter se luxu quā longa fouere, id est totam hyemem.

¶ Vterq;.

¶ Neuter.

Vterq; utriq; est cordi, mutua est affirmatio. Vterq; alteri est odio mutua item. i. mutuo sese amant, mutuo sese oderunt. Neuter alteri fedit, mutuam diffidentiam significat. Neuter neutri non perinde diceretur. Id genus orationem tot ferme modis uariamus. Vterq; alterū odit. Vterq; utrunq; odit. Alter alterū odit. Oderunt alter alterū. Mutuum oderunt. Oderunt sese mutuo. Oderunt inuicē. Oderunt inter sese. Mutuum inter ipsos est odium. Neuter alterum amat. Alter alterum uicissim odit.

¶ Semper.

Semper generalitatem habet temporis. Cui contrarium Nunquam. Huic subiectum est Aliquando. Semper litigas. Nunquam non litigas. Quando non litigas? Nunquam quando non litigas? An est quando non litigas.

¶ Sæpe.

Sæpe respondet, aliquoties infinitum. Multis aliquot. Magno aliquantus. Sæpe opponitur raro. Neq; raro admonui. i. admonui frequenter. Haud sæpe me uisit. Plurimq; ferme, fere, nonnunquam & ipsa generalitatis quiddam obtinent. Ita ferme ingenium est hominum. Eo ingenio plerimq; sumus. Fere fit ut diuites habeantur in preda. i. fere fit apud omnes. Temere in oratione negatus simile uim habet. Haud temere puenit ad frugem. i. fere nunquam, aut uix unquam.

G ij

¶ De uariis

¶ De uarietate negationis. Ca. LI.

Interdum unica negatio idem effiat quod duæ. Neminem audit, ne parentem quidem audit. Non audit uel parentem. Nemo parem referre gratiam parenti potest, ne malo quidem. Nec malo parenti quisquam parem referre gratiam potest. Non potest par gratia rependi patri, uel malo. Num reliquit ille nec ruinam. Ne ruinam quidem reliquit.

¶ De tribus.

Tribus interdum negationibus nihilo plus effiatur, quàm una aut duabus. Non ueretur neque deos neque homines. Neque deos neque homines ueretur. Non ueretur aut deos aut homines. Non metuit hominesue deosue in carmine. Conduplicare negationem asseuerandi gratia, latinis etiã receptum est, si modo non iteretur sola. Non faciã. Non faciã inquam. Græci solam iterant, interdum etiam à tra asseuerationem. Demosthenes quatuor unius loco posuit, οὐδέποτε οὐδέεν οὐ μή γένηται τῶν δέοντων. Manentibus iisdem signis, tamen interdum uariatur propositio, et mutatis manet eadẽ, mutato uerbo. ut Omnes admittit. Omnes reijãt. Neminem non reijãt. Neminem admittit. Omnibus displicet. Nemini placet. Nulli non displicet. Nulli placet. Hic animaduertendum, quæ uerba cum quibus pugnent.

¶ Synonyma negandi.

His ferme uoãibus remouemus. Non, haud, nec, neque, haud quã, neutiquam, minime, minus, parum, absit, Diu prohibeant,

prohibeant, bona uerba, quiduis potius, oīa ātius, & similia. Inter quæ haud & haud quāq̄ plusculū habent uehementiæ, quā non. Neutiquam assuerationē habet peculiarem. Minime plus quiddā significat quā negationē. Homo minime malus. i. quiduis potius quā malus. Parum modestius remouet. Parum eruditus. Ne parū multa scire. i. ne pauca, siue non satis multa. Minus diuersam habet naturā. Interdū comparat duntaxat. Vtrunq; diligit famā & pecuniā, sed illā minus quā hanc. Interdū negat duntaxat. Homo minus mihi notus. i. parū notus. Nam cum ea uoce minus conuenit. i. non conuenit. Interdū pariter utrunq; facit. Quintilianus capite de Narratione. Cū interim, quod tanq̄ facile contemunt nescias, prestare uelint minus, an possint. Teren. in Ecyra. Non tibi illud factum minus placet quā mihi Laches. Neq; hic placet prodisplacet positū, ut exponūt grāmātiā. Quis enim sanus id faciat? Sed minus perinde ualet ac si dicas. Non amat me Dionysius & minus te, id est me magis odit quā te. Subaudiendum est enim factum utriq; non placere. Atq; ita minus simul negat & comparat.

¶ Connectendi formulæ. Ca. LII.

Verum de his accuratius disquirere, magis ad dialecticos pertinere uidetur. Cæterum ad huius operis rationem satis arbitramur utaq; paucis attigisse. Nunc ad reliquas formulas aliquot accingamur, ac primū connectendi. Videmus enim in mediocriter etiam eruditis eā

uirtutē deſyderari, ut apte cōnāneq; orationis membra
 atq; articulos, æu neruis quibusdā cōmittāt. Sed qbus
 anſulis minutores orationis particule ſint cōmittendæ,
 id prope fuerit infinitum explicare. Maiores his ferme
 modis cōnectuntur. Præterea. Deinde, qđ ſæpius apud
 M. Tulliu reperitur. Præcipuū eſt ſtercus columbarū,
 proximū caprarū, ab hoc ouū, deinde boū. In noſtro or-
 be proxime laudatur Syriacū, mox Gallicū. Mox uſur-
 pat Plinius aliquot locis, pro deinde. Item in quo prima
 patum tenuit Bœotia, deinde Siālia, mox Africa. Primo
 loco, ſecondo, aut tertio loco. Porro. porro aut. Quod no-
 uo iam quaſiq; maioris ſermonis initio conuenit, annotato
 re Donato. Cæterum, quo licēbit uti, quoties ad diuerſa di-
 greditur oratio. Tum pro præterea. Ad hoc. Ad hæc, qđ
 apud græcos πρὸς τοῦτοις. Super hæc pro eo qđ eſt
 præter hæc, locis aliquot uſurpauit Suetonius. Super in-
 genuorū pædagogia, & ſup innumerā turbā. Adde his.
 Accidit his. Accidit ad hæc. Huc accidit. Huc ptinet. Eo-
 dem pertinet. Huic confine eſt illud. His finitimū eſt. Ad
 hęc formā ptinet. Ad hūc ordinē referendū eſt. Huic p-
 ximū eſt. Illud haud quaſq; prætercundū ſilentio. Sed ope
 ræpretū eſt illud audire. Iam aliquoties eadē uim h-
 t, uox Quintiliano præcipue familiaris. Deinde cū pgreſ-
 ſu incandēſat oratio. Iam uero. Age uero. Quid, qđ, &
 conſimilia. Iā uero qđ referā? Age uero ad bellū in Africa
 geſtū ueniamus. Quid qđ ſuos etiā inceſſit. Quin, qnetiā,
 inſup, ad hoc ptinet genus. Interim & p occupationē cōne

Stimus, ut ne dicā interim, ut omittā, domesticas huius for-
des. Nā illud qd attinet cōmemorare? Nā hęc alias. Sed
illud suo loco dicitur. Interim p dubitationē, ut illud. Elo-
quar an fileam? Nunc idem ualet. Nunc ad id quod se-
cundo loco dicturos nos sumus polliāti.

¶ Transitionū uarię formulę. Ca. LIII.

Trāsitionibus uarię cōnectitur oratio. Sigdē aliquādo
sumūtur ab æquali. Vt erāt hęc iucūdissima, neq; minus
uoluptatis attulerūt illa. Interdū ab inæquali. Sed hęc ut
cunq; ignoscēda, illud qd ferat? Audistis grauissima, sed
audietis grauiora. Simili, ut hęc pfidia designauit, cuius
generis sunt & illa q nup Romę patrasse dicitur. A` con-
trario. Vt, sed hęc priuatim, nūc q publice. Hactenus q
domi gessit, nunc q sub signis. Sed hęc iuuenis peccauit,
nūc senis uirtutes audietis. A` diuerso. De moribus habes
nūc de doctrina reliquū est ut dicamus. Quasi p occupa-
tionē. Iā ad reliqua pperabimus, si prius illud unū adie-
cerimus. Per reprehensionē. Verū de his plus satis. Quor-
sum nos trāsuersos abripuit dolor? Ad rē redeamus. qd
his immoror? Ad id qd est huius causę caput, festinet ora-
tio. A` cōsequētib; siue relatiuis. Habes qd in illū cōtule-
rī beneficiorū, nūc quā gratiā mihi retulerit audi. Quid
polliātus sit expositū est, nunc qd ille præstiterit paucis
accipite.

¶ A re, & à persona. Ca. LIIII.

Generalis uariandi formula est à re, & à persona.
Vt nihil opus meis monitis. Nihil opus me monitore. Te

suasore. Tuo suasu. Te impulsore. Tuo impulsu. Te instigante, tuo instinctu, te hortatore, tuo hortatu. Te auspice. Tuis auspicijs. Te duce. Tuo ductu. Te consule. In tuo consulatu. Te doctore profesa. Tua doctrina profesa. Patrem consulem non desinit iactare. Patris consulatum sine fine iactit. Gloriatu formosa uxore. De uxoris forma gloriatur. De te incolumi superis habeo gratiã. De tua incolumitate grator superis. Discruciat animum uxor impudica. Discruãat animum uxoris impudiciã.

¶ *Ex more. Ca. LV.*

Ex more, Tranquillus dixit. De more, Maro. Pro more. Patrio more, à tra præpositione. More hominũ faciã. Non insolens istud facis. Pro uetere consuetudine. Solens meo more fecero.

¶ *Subornandi. Ca. LVI.*

Subornauit accusatorẽ. Submisit consularibus uiris, q regio genere ortam perierarent. Supponi puerũ. Subdere ous in nidum alienũ. Submissitij. Suppositicij partus. Subditicij partus. Ne pater hunc à me allegatũ putet.

¶ *Renouandi. Ca. LVII.*

Vetus Atheniensũ exemplũ renouemus. Pristinum morẽ reuocemus. Gratiã egit, quod pristinũ morẽ retulisset. Redeamus ad intermissa studia. Studiũ intermissum repetamus. Bellũ redintegrarunt. Diuũ instauramus honores. Libertatẽ amissã restituit. Odium uetus eo dicto riuo recruduit. Recanduit ira. Cras ingens iter abimus æquor. Meranti noxam non est ignoscendum.

¶ *Finales*

¶ *Finales formulæ.* Ca. LVIII.

TVigilas uti dicitur. Ego laboro quo doctus euadam. Obiurgo te quo reddam meliorem. Ut melior euadas, ob id obiurgo te. In hoc reperta musica ut animos delectet. Ad id adhibenda litera, ut nos reddant melius moratos. Cui rei paras opes? Quo mihi diuitias? Quorsum opus est nummis? Huc pertinent orationes illæ omnes, quas de supino priore posuimus. Spectatum ueni

¶ *Causales formulæ.* (unt &c.)

Ca. LIX.

Non dico quo quenquã habeam chariorem. Non dico quod parum tua mihi placeant. Ob id te sepius reprehendo, quod impensius amo. Quoniã impensius te diligo, ob id te sepius admoneo. Ideo nulli places, quia tibi nimium places. Quando tu me negligis, tui quoque curam abijcã. Age reuocentur copie, quando quidẽ ita tibi uidetur. Iubeas miserũ esse libenter, quatenus id facit. Ad eundem modum locutus est Plinius in episto. Maneat puella posteaquã sponso iocunda est. Posteaquã mihi nõ credis, alios in consilium adhibe. Quando hæc te cura remordet. Neminẽ ex animo amat, in causa est pecuniæ studium. ¶ Pertinent & illa ad formulam δαττολο γικιν. Amo Socratem, ut pote uirum integerrimũ. Odi Dionysium, qui ppe Tyrannum. Amplector Petrum, ut optime de me meritum. Demiror te qui fidem habeas Afro. Erras qui credas alios tua diligentius curaturos quã

G V

te ipsum.

te ipsum. Stultus es qui id speres. Impudens qui id postules. Delector Augustino uiro nimirum festiuissimo. Delector Augustino, ut qui uir sit moribus festiuissimis. Amo Nicolaum tanquam hominem mei amantiissimū. Contene pecuniam, quid enim ad bonam mentem confert? Amandus est tibi Cicerō, siquidem te diligit effusissime. Semper in manibus habendus Tullius, nam hoc uno authore latine discas. Vnus Cicerō uere latinū potest reddere, proinde pueris hic semper in sinu gestandus. Optimus dicēdi magister Terentius, quare semper est euoluendus. Quo mihi rectius esse uidetur, & eo magis, & hoc lubentius id negocij suscepimus. Non habes quamobrem mihi succenseas. Non est cur mihi succenseas. Succenset, eaq; gratia nos non uisit. Luget, atq; ob id uocatus ad cœnam excauit

¶ Potest nonnunquā omitti signum. Parentem amo, parriādam non amo. i. quod parens est, hoc nomine amo, quod parriāda, hac de causa non amo. Pontifici debeo honorem. Alexandro non debeo.

¶ Quod ἐἰς ἄνωγας acceptum. Ca. LX.

Quod meas nugas non omnino displicent doctis, gaudeo. Gaudeo meas nugas non omnino displicere doctis. Quod res tibi foeliāter euenierit, letor. Letor rem foeliāter euenisse. Quod uxorem duxeras nondum audierā. Vxorē duxisse te nondum audierā. Quod puellā repudiaris, demiror. Demiror te repudiāsse puellā. Quod literas reliqueris, doleo. Dolco te reliquisse literas.

¶ In huius

¶ In huiusmodi orationibus quod εἰς ἰκῶς accipitur, quod tamen apud grecos est usitatus in ὄτρι. Latini magis gaudent infinitis uerbis, nisi species præmittatur. Vt, quod pater reualuit, gaudeo.

¶ Vt εἰς ἰκῶς acceptum. Ca. LXI.

Eodem modo nonnunquam accipitur ut. Vt spero fore ut factio gaudeas. Confido futurum, ut te minime facti poeniteat. Non committā ut usquam uidear officio meo de fuisse. Efficiam ut intelligas mihi quiduis potius quā fidē defuisse. Da operam ut reualeas. Cura ut ualeas. Fac ut nos ames. Fac ut sciam.

¶ Dignus & indignus.

Dignus qui quā diutissime uiuat. Dignus ut quā diutissime uiuat. Longissima uita dignus. Dignus quam diutissime uiuere. in carmine Martialis. Dispere ā si tu Py ladi præstare Matellā Dignus es. Meritus est cui laurea imponatur. Promeritus es ut tibi decernatur triumphus. Indignus tuo amore. Indignus quē ames. Indignus ut abs te diligatur. Indignus abs te amari. in Carmine. Hora. Indigni fratrum rumpere fœdus. Idoneus est qui bellum gerat. Idoneus ut bellum gerat. Idoneus bello gerendo. Idoneus bellum gerere. Hora. Fons etiam riuo dare nomē idoneus. Idoneus ad gerendū bellū. Non me dignatur alloquio. Non me dignatur alloqui. ¶ Deat. Haud deat simiā purpura. De deat simiā purpura. In decora est simiæ purpura. Haud quāq̄ decora est simiæ purpu-

purpura. Haud deæt impatorē una cū amica ire in uia. Haud deæt ut te loquentē ego sileam. Quod solus ambulās, id parum te deæt.

¶ *Necessitatis.*

Exorandus est pater. Vigilandum ei qui uelit ditescere. Vigilet oportet qui cupiat ditescere. Vigilare necessum est eum, qui rem cupiat facere. Vigilet necesse est, uel necessum est, qui uelit diues euadere. Qui literas assequi cupiat, uti sudet necessitas est. Nam sic Quintilianus subinde loquitur. Non potest non dolere qui læsus sit. Fieri non potest quin doleat is, cui fit iniuria. Abibis uolens nolens uel Velis nolis hinc abibis. Non mihi possum temperare, quin lachrymem. Non me contineo quin clamem. Cogor, compellor. Huc me adegit inopia. Huc redegit fortuna. Ad hæc traxit necessitas. Inuitus dicam. Coactus dicam.

¶ *Libertatis.*

Vt cunq; uoles factu. Ut lubet rideto. Quidlibet et dicas, et facias licebit. Tuo arbitrato factu. Vt cunq; uisum erit agito. Animo tuo gerito morem. Obsequere animo tuo. Ex animi tui libidine factu. Pro animi tui sententia rem tractabis. Ut animo lubitum erit tuo, ita facies. Vt cunq; feret animus, ita factu. Liberum est seu uelis a pacto discedere, seu manere conuentis. Nunc integrum non est tibi, hac de re quod uelis statuere. Mihi ius est, creditum abs te reponere. Ius tibi factu pro tuo arbitrio transigendi negotium. Tibi permitto quomodo cunq; uelis uiuere.

Age tuo

Age tuo more. Sine me nūc meo more uiuere. Tibi in manu est utrum malis efficiere. Penes illum est ius uitæ ac mortis. Summa rerum penes te est.

¶ Statuendi.

Decretum est. Deliberatum est. Certum est. Stat sententia. Visum erat In animo habebam. Erat in animo. Nō est animus. Non est sententiæ. Non est sententia. Non est est consilium, siue consilij. Non erat ratio apud Cice. Placebat. Placitum est senatui. Decreuit senatus. In eam sententiam ibant omnes. Statueram in animo. Meam statueram. Vtrum utro melius nondum statui. Constitui hoc anno nauigare. Est mihi in animo hoc uere nauigare. Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet. Mihi nihil æque propositum in uita, quā tibi per omnia gratificari. Si ita in animū induxisti tuum. Destinaram in animo. Hic murus aheneus esto.

¶ Assentiendi.

Assentior tibi. Team sentio. Consentiebant uniuersi. In tuam sententiam pedibus eo. In eam sententiam reliqui omnes pedibus discedebant. Accedo tuæ sententiæ. Nō his accedo, qui Pythagoræ sequuntur opinionem. Tuo iudicio subscribo. Sententiæ tuæ meum addo calculum. Ea sententia plerisq; probabatur. Idem sentio quod tu. Sententiæ tuæ nemo non suffragabitur. Hæc mihi team conueniunt. Hactenus omnia mihi team cōstant. Hac de re summus inter philosophos cōsensus est. ὁμοῦ καὶ οἱ græc eiusdē sententiæ,

94 DE COPIA VERBORVM

sententiæ, eiusdemq; suffragij. ὁμόδοξοι eiusdem opinio-
nis, eiusdem sectæ uocantur. Idem uno omnes ore cõfir-
mabant. Omnibus eruditorum calulis siue punctis, elo-
quentiæ prinæps. ¶ Dissentiendi.

Longe lateq; abest. Dissentio. Ego longe diuersa sen-
tio. Multo aliter atq; tu sentio. Ei sententiæ refragabantur
omnes. Isti sententiæ nemo nõ reclamabit. Mihi tua senten-
tia ne utiquã pbatur. Magnopere nostra cum tua pugnat
opinio. Variatũ est sententijs. Ad unũ nobis est cõtrouer-
sum. Id solũ est in controuersia. Equidem ab opinione tua
nimũ absum. Multum à tua mea discrepat sententiã. Lõge
secus atq; tu sentio. Haud mediocriter à tua mea disidet
opinio. Nimũ inter tuã atq; meã interest opinionẽ. Pluri-
mũ à tua mea distat opinio. Mihi secus uidetur. Dijs ali-
ter uisum est. Huic sententiæ milites aduersabantur.

¶ Precandi.

Quod agis bene fortunèt superi. Quod agis bene uer-
tat. Fœliãter cadat quod instituisti. Dij cœpta secudent.
Optime cœdit. Bene uertat Reipub. Sit fœlix, faustum,
bonumq; Reipub. Fœliãter cœdat nobis omnibus. Hanc
affinitatem precor ut dcus nobis omnibus lætam esse ue-
lit. Fœliãter exeat quod cœpisti. Prospere succedat quod
agis. Ex animi sententiã procedat quod aggressus es.
Deum optimum maximumq; precor, ut istud consilium
quã est honestum, tam sit etiam auspiciatum. Precor
ut bonis aurbus Italiãm adeas, melioribus redeas. Precor ut

cor ut hic annus tibi lætis auspicijs ineat, lætioribus pro
 cedat, lætissimis exeat, ac sæpius recurrat semper auspi
 ator foelidiorque. Precor ut hic dies tibi candidus illu
 xerit. Incolumem reditum opto liberis tuis. Precor ut
 apud tuos omnia læta reuersus offendas. Vtinam pro
 spere nauiges, similique successu renauiges. Bonis au
 spicijs ancoram soluas. Precor ut tuis optatis omnia re
 spondeant. Faxint superi ut alba tibi contingant omnia.
 Velim ut ex uoto res omnis succedat. O si res hæc ita ut
 uolumus nobis eueniat. Precor ut tibi secunda occurrant
 omnia. Precor ut Dijs secundis fauentibusque negotium
 hoc confidas. Quæso ut hanc rem stultissime coeptam su
 peri nobis bene uertant. Nihil malim quàm ut his pul
 cherrimis coeptis, dextra aspirent numina. Quæso ut
 quod instituisti, superis bene fortunantibus absoluas.
 Precor ut hic contractus commodo sit utrisq;. Precor ut
 hoc matrimonium uoluptati sit omnibus nobis.

¶ Primi supini uariatio.

Venit repetitum depositum. Venit ad repetendum
 depositum. Venit ad repetendam pecuniam. Venit re
 petendi depositi causa. Venit ut depositum repetat. Ve
 nit repetiturus depositum. Venit repetere depositum.
 Græciam hoc postremū. Tametsi poetæ latini ab hac
 loquendi forma non abstinent, præsertim Horatius.

¶ Diuidendi formæ.

Ca. LXII.

Omnia clo

OMnis eloquentia rebus cōstat & uerbis. Rerum uniuersitas decem generibus continetur. Officiū oratoris in quinque partes distribuitur. Oratio sex partibus complectitur. Oratio sex partibus absoluitur. Primum genus sex continet species. Quidam in septem species secant. Recip. tres sunt formæ. Respu. in tres diuiditur formas. Enthymema non simpliciter accipitur. Syllogismus trifariam diuiditur. Omnis argumentatio in formas octo diducitur. Id genus in partes septem diriuatur. Huic generi species subiectæ sunt decem. Summa diuisione in duos genera diuiditur, quorum utrunque in species cōpluris distrahitur. Præiudiciorum uis omnis tribus in generibus uersatur.

¶ Distribuenti.

Ca. LXIII.

Bis me tuæ delectarūt literæ, partim quod essent mirum in modum elegantes, partim quod eximiā quandam in me beneuolentiam præ se ferrent. Pars ingenium, alij corpus exercabant, duriuscule dixit Salustius. Vtrunque fratrem alienauit à sese, unum morum asperitate, alterum sordibus. Corpore atque animo constat homo, alterum cum peccatis habet cōmune, alterum cum Dijs. Neminem non læssit, hunc scriptis, illum conuitijs, alium minis. Hunc negligit, hunc odit. Verum id magis in carmine quadrauerit. Geminatio uerborum interdum habet uim, leporem alias. Cicæ. Alios assentatione delinit, alios muneribus corrumpit, alios promissis illectat. Modo ait, modo nec

modo negat. Interim obuergat, interim inepte blanditur.
Quod quidem Fabianum est. Nunc neminem admittit,
nunc omnibus occurrit.

¶ Prohibendi aut impediendi signa. Ca. LXIIII.

Nemo prohibet ire quenquam publica uia. Tu me p
hibes, ne publica ingrediar uia. Quo minus affectus sis,
fortuna in culpa fuit, non ego. Impedimento fuit quo se
us lex ferretur. Ego id agam qui ne detur, apud Terenti
um legimus. Metuo ut ferre possis, id est ne non possis.
Etiam si hic ut, pro quo modo positum uideri possit. Id ut
le, ut ne quid nimis. Ut ne, ut ne pro ne, quemadmodum
apud græcos ἵνα μὴ. Nō ueto quin quæ uelis facias. Sue
tonius in Tiberio. Intercessit quo minus in acta sua iurare
tur, id est, obstitit, inhibuit, impedimento fuit. Per me non
stetit, quo minus uieris.

¶ Dubitandi.

Non dubito quin cupias redire. Non dubito te cupere
reditum. Res in ambiguo est. Nondum satis constituit.
Adhuc anceps animi sum. Adhuc hæreo etiamdum. ἐπὶ
χῶ quod est Academicorum.

¶ Sine & Citra.

Citra præceptoris operam doctus euasit. Sine præce
ptore doctus euasit. Nullo præceptore doctus euasit.
Absq; pecunijs nihil efficias.

¶ Ostentandi.

Ostentat ingenium. Iactitat natales suos. Iactat se de
H natalium

natalium splendore. Sibi uendicat eloquentiam.

¶ Corrigendi sanandiq̄.

Huic incōmodo paulo mederi possis. Huic malo illud erit remedio. Quod iactu cecidit, arte corrigas. Mēdum litura tollitur. Animi morbos sanat philosophia. Corporis uitia ingenij dotibus pensantur. Febre leuatus est. Malis omnibus mors semel liberat. Oculorū uitia ruta emendat. Orationis uitia grāmatica asfigat. Philosophia morbos animi pellit, medicaturq̄. Dentium cruciatū unum lenit. Vteri tormina leuat malua. Capitis dolores mitigat somnus. Sedat tormina. Fugat prurimum. Sopit dolorem. Leuat dolorem. Vxor̄is uitium aut mutandum est, aut ferendum. Morbis omnibus arte succurritur. Soli senectuti subueniri non potest. Aduersus podagrā efficax est apiiū. Contra carānomata ualet mel. Obsistit ebrietati Ciuta.

¶ Blandiendi siue hortandi.

Dic age. Dic sodes. Dic obsecro. Dic quæso te. Dic amabo. Fac uirum te præbeas. Quid habes quod ad hæc respondeas? Cedo. Agedum. Eia age. Vide sis. Quinimo tu uerbo rem expedis.

¶ Tua causa.

Nolim id esse uerum, uel tua causa. Tibi metuo. Mihi gaudeo. Omnium nomine doleo. Tua gratia munus hoc suscepi. Viā tuam doleo. Commoda illi respectu mei. Qua loquendi forma usus est Quintilianus. Inuenitur et contemplatione tui. Tui causa. In tuam gratiam hæc fca.

¶ Vtrum

¶ Vtrum nec ne.

Vise utrum redierit, an non. Vise num redierit, an non. Vise redierit ne domum. Vise an redierit an non. Vise redierit ne domum nec ne. Vise redierit, an non. Cogita utrum famæ malis consulere, an pecuniæ. Cogita famæ ne malis consulere an pecuniæ. Cogita famæ malis consulere, an pecuniæ. Cogita an famæ malis consulere an pecuniæ. Cogita num famæ malis consulere quàm pecuniæ. Vide si potes esse possessor. Ciceroin oratore suo lib. ij. se pro an dixit, imitatus græcos, apud quos εἰ bisariam significat.

¶ Concedendi.

Finge hominem uiuere. Fac ita esse. Vt donemus ita esse Vt hoc interim tibi concedamus. Vt hoc interim tibi largiar. Pone sic esse in tabulis. Esto sane. Sit ita sane. Vt maxime iusserim, non erat tuum id facere. Etiam si quid asperius dixisset, tuum erat obticere. Sed imaginare me donasse, non potes tibi rem uindicare. Et si maxime donasse, non tibi ius est rei uindicandæ. Donarim sane, non statim tibi ius est iniiciendi manum.

¶ Parum abesse.

Pene scopū attigeras. Prope scopū attigeras. Propemodum attigeras scopum. Parum aberas à scopo. Parum absuit ut scopum attigeris. Parum abest quin scopum attigeris. Res parum aberat à pugna. Parum aberat quin pugnarent. Parum aberat ut homini manus iniiceret. Vix hominem cohibui, quo minus manum iniiceret.

Tantum non conferebant manus. Tantum non adorabant, quod græcis est familiarius, μὲν οὐ δούχι. Suetonius de Tiberio Cesare. Ciuilem admodum inter inuita, ac paulominus qui priuatum egit. Paulominus dixit pro propemodum. Ac paulopost. Quod paulominus utrunq; euenit, id est parum absuit quin utrunq; eueniret. Idem de eodem. Sed tantum nō statim à funere ad negotiorum consuetudinem redijt, id est propemodum statim à funere. Pro tantum non Terentius dixit modo non. Is senem pellexit per epistolam modo non montes auri pollicens.

¶ Incertitudinis.

Annos natus est ferme uiginti. Annos natus arāter octoginta. Ad dies uiginti. Hora quasi decima. apud Suetonium. Annos habet, haud scō an duo de uiginti? Puerū annos natum fortasse decem.

¶ Correctionis & occupationis forma

læ. Cap. LXV.

In pietate præcipua felicitatis pars, uel tota potius felicitas hominis sita est. Doctrina nihil ad uirtutem conducit. Immo nō nihil officit. Tibi præcipue, atq; adeo tibi unica calamitatē hanc acceptam ferre possumus. Tuum opus uidi magis quā legi. Græcas literas degustauit uerius quā didicit. Bonas literas sedulitate sua deprauauit, uel ut uerius dicam euertit. Bonas literas non dicam deprauauit, sed funditus euerit. Suos omnes læsit, quid dixi læsit, immo subuertit. Quem historicum citius dixeris quā poetam.

poetam. Lucanum relegi non tam poetam quam historicū.
Nisi pater esses, dicerem te desipere. Homo pene dixerā
imposter. Respondebo non orationi tuæ, sed conuitio.

¶ **Authores citandi formulæ. Ca. LXVI.**

Vt Ciceroni placet. Authore Platone. Teste Varrone
Si Terentio credimus. Vt refertur apud Plinium. Vt ait
Protagoras Platonicus. Vt apud Xenophontem Simoni-
des dixit. Epicuro teste sceliat as in uoluptate sita est. Ari-
stoteles bonorum tres ordines feāt. Non spirare animal
cui nō sit sanguis calidus, author est Theophrastus. Apud
Plinium scriptum est Elefantos decimo demum anno
parere. Pyrrho negat quicquam sari posse. Id uerum es-
se testis est Lilius. Extat in annalibus. Veterum literis
proditum est. Eius sententiæ complures citat authores.
Ad eam sententiā quam plurimos allegat testes. Eam sen-
tentiam multorum autoritate tuetur. Huic opinioni Pli-
nius astipulatur. Huic sententiæ suffragatur Plato. Idem
sentit Pythagoras. Aristoteli animal est etiam sponsa.
Plinio sentiunt & arbores.

¶ **Variatio imperatiui modi. Ca. LXVII.**

Vale, ualeas, fac ualeas, ualeto, ualebis. Idem pollent
& in quibusdam futurum subiunctiui. Memineris p me-
mento. Oderis pro odio habeto. In cæteris item si addide-
ris prohibendi signum, ne dixeris, ne dicas, ne dic.

¶ **Variatio futuri. Ca. LXVIII.**

Pœnitebit olim te. Futurū est ut olim te pœniteat. Spe-

rote gauisurum facto. Breui opinor tædeat te huius uite
 Opinar fore ut breui te huius tædeat uite. Spero futurū
 ut facto gaudeas. Dixeris egregie. Alligaris filium. Abi-
 bit hinc propediem. Abiturus est hinc propediem. In ea
 uero periphrasi, futurum est ut repetat creditum. Latini
 uidentur reddere græcam figurā μέλλει λέγειν. i.
 dicturus est. Est autem familiaris Ciceroni. Necessaria
 quoq; quoties in uerbum indiderimus, quod futuro careat
 Ut spero fore, ut artem breui perdiscas. Nam perdiscaturū
 rum nō poteris dicere. Est futurum quoddā quasi mixtū
 cum significatione præteriti. Ut priusquam tu domum
 redcas, ego epistolam perscripsero. Antequam in portū
 peruenies, nauis soluerit. Si tales animos in pugna præ-
 stabitis, uicerimus, siue uiāmus, id quod finitimum esse ui-
 detur τῶ μέτ' ὀλίγον μέλλοντι. Quanquam id ali-
 oqui latini circumloquuntur per iam, iamiam & mox.
 Iam aderit. Similis iamiam morituro. Mox audies. Sunt
 in quibus necessitate abutimur futuro subiunctiu, ut Memi-
 nero, odero, nouero. Ad futuri significationem pertinent
 & illa. Confido commentarium hoc studiosis probatum
 iri. Et perspicio te perditum ire filium.

¶ De periphrasi generali uerborum.

Ca. LXIX.

Commune fere est modis omnibus, ut per fio uerbum
 aut similia circumloquamur. Ita charus eris omnibus. Ita
 fiet ut charus sis omnibus. Hoc modo effugit inuidiam.

Hoc

Hoc modo factū est, ut effugerit inuidiā. Utinam ex æquo me amares. Utinā fieret ut ex æquo me amares. In uxorem pessimā inadi. Mihi usu uenit, ut in pessimam inaderim uxorem. ¶ De modo potentiali. Ca. LXX.

Ad modum potentialē fere pertinent, quæ per potest, aut debet, aut simile uerbum exponi possunt. Quid agas cum eo, qui nihil intelligit? Est quod rideas, non est quod inuideas. Videas & flumina siccā. Cerneres alios trepidare, alios arcum spectare fugam. Vidisses omnes obmutescere. Equidē istud non affirmarim. Dixerit hic aliquis. Maturius uenisses. Et apud Teren. Prædiceres, pro prædicere debuisses. ¶ Aestimandi uerba. Ca. LXXI.

Plurimi me faciō. Parui habet Pro nihilo duat. Nihilipendit. Pro minimo duat. Ne huius quidē faciō ΣΑΚΤΙΧΩΣ ostenso pilo aut floco. Maximo in predo est apud omnes. Plurimi fit apud omnes. Magni habetur apud suos. Pili non faciō. Nauā non faciō. Flocci non faciō. Vnius aestimemus assis. Cassa nuce non emam.

¶ Emendi formulæ, & similia. Ca. LXXII.

Nimio emisti. Non reuendes tantidem. Nimio liceris. Minoris addicturus erat. Quantaunque indicaris, tanti merabor. Vide ut quāmaximo aestimes. Non refert quanti res ipsa sit, sed quanto pere tibi sit opus ea. Tu tuū agrum pluris conducis quā ego meum emerim. Paulo locas ædes tuas. Cupiam maximo, si queam. Eme quāmpotes minimo, reuende quāmpotes maximo. Assenon

H iij emerim.

emerim totā Ciceronis famam. Labore Dij bona sua uendunt, uili uendunt. Minoris non possunt. Non emit, qui nihilo emit. Care emit, qui rogat. Quanti cœnastis? Per care. Magno hic uiuitur. Amatur uilissime. Bassus carius cacat quā bibit. Magna mercæde canit. Maxima tacuit Demosthenes. Quanto metris præcio? Quanti stipulatus es? Thais decem milibus drachmarum noctem uenditabat. Nimio constat elegantia. Suetonius. Quorum uni mellita quadrages se fertum constiterunt.

¶ Discriminis formulæ. Ca. LXXIII.

Nihil interest, faciās an dicas. Nihil refert per te faciās, an per alium. Parui mea refert quid nolis aut uelis. At mea plurimum refert. Quid interest utrum faciās, an instiges? Plurimum interest, maxima refert quo tempore uirum adeas. Equidem haud magno in discrimine pono, apud Titum Liuium, & apud Val. Maximum, respondit se uita malle excedere quā metu uolentiæ mortis, amicos, inimicosq; iuxta ponere. Quædam perquam tenui limite diuiduntur apud Fabium. Vera ne sint hæc an ficta, nihil laboro. Vtrum scripseris an dixeris, feceris nec ne, manum non uerterim. Susq; deq; fero. Susq; deq; habeo. Instigasti, pinde est ac si feceris. Ex æquo innoxia est. Tātundem peccasti. Citra discrimen amat, ac laudat omnes. Citra delectum omnes in familiaritatem receptat Omnes promiscue mordet. Passim hæc prædicat. Apud quoslibet hæc diat. Amussis alba in albo lapide.

¶ Affirmandi.

☞ Affirmandi. Ca. LXXIII.

Promisit sese uenturum? promisit. Maxime. Etiam, pro quo græci uocant. Saliat. Admodum. Quam lubentissime. Benigne. Sic habet. Sic erit. Ita est. Factum est plane. Mirum ni. Haud dubie. Dubio procul. Liquet. Constat. Confessum est. In confesso est. Extra controuersiam est. Certum est. Pro certo. Compertum. Liquido. Liquet. Indubie. Indubitato.

☞ Accusandi formulæ.

Ca. LXXV.

Accusatus est sacrilegij. Hic se furti alligat. Postulatus est repetundarum. Delatus est proditionis. Reum egit peculatus. In ius uocatus. Lege agito. In ius ambula. In ius duxit hominem. In ius trahis. Litem intendit. Dicam scripsit. Filius cum patre litem agitat. Cum opulentissimo uiro illi lis est. Cum Mida iudicio decertat. A cersitus est capitis. Diem illi dixit. Eum talionis agentem. Agit cum eo malæ tractationis. Damnatus est repetundarum, uel de repetundis. Absolutus iniuriarum. An quisquis gratiam cum possit, non refert, ingrati teneatur. An teneatur Reipublice, qui quod sibi licuit fecit, lege religionis sit actio.

☞ Formulæ utilitatis.

Ca. LXXVI.

Nihil æque conduat ab beate uiuendum. Nihil ad parandas opes conduabilibus. Nihil ad eam rem confert. Plurimum adfert adiumenti. Vtilis ad parandos amicos

assentatio. Plus adfert uoluptatis quã utilitatis. Plurimas
 ad res hic libellus usui futurus est. Ad id patruus in pri-
 mis adiutare poterit. Quid faciunt ad uirtutem nummi?
 Libet quidem, uerum non expedit. Vtinam hæc res tam
 frugifera tibi sit, quã futura est honesta. Vtinam tantum-
 dem frugis adferat, quantum adferet gloriæ. Ad id sola
 doctrina fuerit adiumento. Ad hoc pecunia magno admi-
 niculo futura est. Ad id haud mediocriter adminiculatur
 uires corporis. In id quoq; prodest ornatus. Fabianum.
 Non parum ad id efficiendum momenti habet fama inte-
 gra. Neq; uero illud mediocriter profuerit. Aduuat hoc
 quoq;. Hac ratione nihil proficimus, reliquum est ut di-
 uersam ingrediamur uiam. Nihilo plus explicet, ac si im-
 sanire paret, id est nihilo plus proficiat. Eruditio ad pie-
 tatem plus adfert dispendij quã compendij, & non tam
 promouet quã remoratur. Calida sunt amica stomacho.
 Dulcia conducunt hepati. Quod stomacho confert, idem
 prodest cerebro. Quod ad stomachum facit, idem capiti
 salutare est. Quod stomacho bonum est, idem cerebro cõ-
 modum est. Lactucæ alio deijciendæ effiaces, & ad so-
 mnum conuertiendũ idoneæ. Ad aiendos menses ualet mal-
 ua. Aluo sistendæ sunt utiles fabæ affæ. Stomachum acu-
 unt, excitant irritant appetentiã edendi. Hac in re solus
 hic tibi poterit cõmodare. Plurimũ commoditatis adfer-
 ret pecunia studioso. Vtinã tam tibi cõmodo sit, quã mihi
 fuit graue. Magno meo malo tentau. Feã sti tuo cõmodo
 nostro

noſtro incōmodo. Si iudicabis in rem tuam eſſe. Si putabis
 ex uſu tuo fore. Si putabis e're tua fore. Pro te ſciāt quod
 dico. Ad philoſophiā dialecticā uiam aperit. Viam ſtruit.
 Viam præſtruit. Ad eam rem iam iacta ſunt funda-
 menti. Partus adiuuat. Inflationem ſtomachi diſcutit. Pe-
 ctoris dolores leuat. Bilem extrahit. Pituitā detrahit.
 Menſium abundantie auxiliantur. Aduerſus ſerpentes
 in uino datur. Deploratis auxilio eſt Chironia. Morbis
 omnib⁹ medicatur panacæ Ellebor ophthiriaſis emē datur
 Datur ad ſerpentiū ictus Chelidonia. Rhododaphnes fo-
 lia homini præſidio ſunt aduerſus ſerpentes. Auiditatē
 abſciāt acetum, ualet ad aborum appetentiā irritādam.

¶ Præſagij formulæ.

Ca. LXXVII.

Sol purus oriens neque ſeruens ſerenum diem nuntiat.
 Concauus oriens pluuias prædiat. Si circa occidentem
 rubefcunt nubes, ſerenitatem futuræ diei ſpondent.
 Sinſpargentur, pluuiam uentoſque ſignificabunt. Cum
 oriente radij non illuſtres eminebunt, pluuiam porten-
 dent. Si in exortu rubefcunt nubes, maxima oſtende-
 tur tempeſtas. Si oriens angetur orbe, ex qua parte is
 ſe aperit, expectetur uentus. Si totus defluxerit, ſere-
 nitatem dabit. Lunæ cornu ſeptentrionale acuminatum,
 inde præſagit uentum. Si quartam orbis rutulus anget,
 uentos & imbres præmonēbit. Naſcens obatro cornu,
 pluuias decreſcens dabit. Rubicundam uentū protinus ſe-
 quuntur.

quuntur. Autumni serenitas uentosam hyemē facit. Voltantes stellæ uentos nuntiānt. Eadem in plures disiectæ partes, inconstantes uētos effundent. Cum ab Aquilone nocte serena fulgurauerit, uentum & imbrem demonstrabit. Nubes uehementius atræ ab oriente, in noctem aquam minantur. Nube grauida candicante, grando imminebit. Nebulæ cælo cadētes, serenitatē pmittunt. Pallidi ignes tempestatum nuncij sunt. Mare intrāquillo portu intra se murmurans, uentum prædiat. Camporū fragor & cæli murmur, non dubiam habet tempestatis significationē. Echini affigentes sese, tēpestatis signa sunt. His modis locutus est Plinius.

¶ Officiandi formulæ, & iuuandi.

Ca. LXXVIII.

Pirorum esus stomacho grauis. Dulcia stomachū ledunt. Aada concoctioni offiānt. Salsa noxia sunt hepati. Lac uirilem stomachum offendit. Austa sunt inimica biliosis. Non obsistam. Non fuero impedimento. Nō obturbabo. Non reluctabor. Non obstrepam tuis conatibus. Non renitar. Non reclamabo. Non remorabor institutū tuum. Fabius, Aures minus feriunt, p offendunt dixit.

¶ Functionis formulæ.

Ca. LXXIX.

Gessit consulatum, Vbi tum proconsulem agebat. Prætoris offiāo fungebatur. Dictator erat. Bellū administrabat. Siāliam obtinebat. Prouinciæ præsidēbat. Annone præfectus

præfectus erat. Regia negotia procurabat. Munia tribu-
 nitia obibat. Censui præerat. Hoc negocij tibi mādamus.
 Tibi prouinciā hanc delegamus. Duram suscepisti pro-
 uinciā. Duram sustines prouinciā. Fac ut imperatorē
 te præbeas. Vide ut præstes amicū. Saurræ, non amicū
 functus es offiāo. Ego te absente tuis fungar uiciabus. Tuas
 agam partes. Defunctus consulatu. Defunctus uita. De-
 functus malo. Defuncte periclis. Verg. Defendere uicē.
 Hora. Defendente uicē modo rhetoris atq; poetæ. Pon-
 tificis personam gerit. Tractare remp. Gubernare rem.
 Ducere bellum. Gerere, exercere bellum. Nauare ope-
 ram. Satagit rerum suarum. Ducere exercitum, Patra-
 re bellum. Quæ duo uerba Fabius notat à Salustio noua-
 ta. Omnes in offiāo sunt. Non deero offiāo meo. Nusquā
 æssabo in offiāo meo.

¶ Quibus modis tribuimus aliquid.

Ca. LXXX.

Summo ingenio puer, Summi ingenij puer, Summus
 ingenio puer. Summus ingenium. poetam est. Vir admi-
 randa sapientia. Vir admirandæ sapientiæ. Vir admirā-
 dus sapientiam, in carmine. Vir incredibili præditus sa-
 pientia, Vir omniugis corporis atq; animi dotibus exor-
 natuis. Vir omnibus instructus dolis. Vir ex meris men-
 dacijs conflatus atq; compositus. Id omnibus natura insi-
 tum est. Id natura nobis indidit. Ita natura comparatum.
 Id cunctis attribuit natura. Multa uita nobis recepta con-
 fuetudo

Suetudo cōaliat, nonnulla natura ingenerat. Omnibus in-
natum est, ut uitam suam incolumē esse uelint. Id uitij non
tibi natura adiunctum est, sed accersitum ac reaptū pra-
ua consuetudine. Inest in homine incredibilis quaedā astu-
tia. Inest homini.

¶ Titulorum.

Ca. LXXXI.

Eius rei meminit Plato in dialogo, qui scribitur *συμ-
πρόσιον*. Testis Cicerō in eo libro quem inscripsit *Oratorem perfectum*. Plinius in opere cui titulus *Historia mū-
di*. Varro in *Satyrā*, cui titulum fecit, nescis quid ferus ue-
sp̄er uehat. Virg. in *Alexide*. Terentius in *Adelphis*.
Hesiodus in opere, cui titulum nuncupauit, *Opera & dies*.
In libello cui titulum indidit, de uerborum copia. In cō-
mentarijs quibus titulum prætulit, de nugis aulicorum.
In *Odarum* libro, quem *Syluas* nuncupauit. In *Phormi-
one Terentiana*.

¶ Gratulandi.

Ca. LXXXII

Gaudeo te nobis optantibus incolumē esse redditum.
Gratulamur tibi uictoriā. Gratulamur de uictoria. Gra-
tulator uiasse te. Quod uictor redieris, uehementer gau-
deō. Te noua prole auctum esse gaudeo. Saluum te adue-
nire uolupte est. Lætor tuonamine, quod uxor foeliat̄er
peperit. Quod gener tibi tantopere probatur, magnopere
tua causa gaudeo. Voluptati mihi est, quod tibi res ex
sententia cesserit. Tua gratia gaudeo, qd̄ res præter sp̄em
bene uerterit. Tuam uicē lætor qui prospere pugnaris.

¶ Gratias

¶ *Gratias agendi.*

Ca. LXXXIII.

Quod tam officioſe me cōmendaris principi tuo, gratiam & habeo, & habiturus ſum immortalē. Quod tā tā fide mea negocia proares, pares gratias agere uix poſſim, referre nequaquā. Quod me paſſim amantiſſime prædiſ, uideo quantum debeā tuo in me ſtudio. Quod meis commodis tantopere ſtudes, & habetur à me gratia, & ſemper habebitur. Quod argentum ad diem promiſſum reddidiſti, amo te, & habeo gratiam. Ecquid nos amat de uirgine? Factum bene quod epiſtolam obſignatam remiſeris. Quod nos ꝑ tua uirili tueris, gratū eſt. Grates perſoluere dignas, nō eſt opis noſtræ. Fateor me tibi magnopere deuinctum eſſe. Hoc nomine plus tibi debeo, quā ut unquā ſoluendo eſſe poſſim. Hoc officio arctius me tibi aſtrinxiſti. Obligatio eſt tibi ſcãſti. Deuinctio eſt reddidiſti. Magis obnoxium eſſe à ſti, quā ut uel uerbis agere gratias poſſim. Maior eſt noſtra neceſſitudo, quā ut uel tu mihi, uel ego tibi, pro ullo officio debeā gratias agere. Mauis eſt hoc benefiſium, quā ut orationē poſtu-

¶ *Referendi benefiſium.*

(let.

Ca. LXXXIII.

Gratiam referre. Reponere merita. Rependere officia. Pensare benefiſiū. Remunerare benefiſiū. Remerari benefiſiū. Perſoluere benefiſiū. Beſpōdere meritis. Par eſſe benefiſijs acceptis. Officiū ut tuum in me officiū ad te
nō ſine

non sine foenore redeat. Foeneratum hoc beneficiū tibi pulchre dices. Disspere am, nisi beneficiū istud tibi conduplicaueris. Retaliare iniuriam, in malam partem. Respondere malefactis. Reponere iniuriam. Pensare, Remetiri, Referre, ac ferme omnia & in malā partem posita sunt accipi. Inuenitur & retaliare apud Gellium in bonam partem, neq; natura uoas refragatur. Id tamen est inusitatus.

¶ Originis uerba.

Ca LXXXV.

Haud dubito quin hæc ab amore quodam in me singulari proficiantur. Vniuersum hoc malorū agmen è bello nobis natum est. Hinc omnis illa simultas inter eos orta est. Tu malorum omnium author. Cupiditas pecunie, uitiorum omnium parens. Inuidia totius huius odij seminariū fuit. Natura nobis paruulos igniculos dedit. Hinc omnis illa turba uenit. Hinc fluxit. Hinc manat omne quo beati reddimur. Græco fonte cadunt. Hinc scætet oīs illa uitiorum colluies. His fontibus totus ille tumultus rerum extitit. Hinc surgunt odia. Hinc lites proueniunt. Hinc ueniunt iurgia. Ab his exordijs Romana nobilitas duatur. Regibus ortus Roma oriundus. Atauis edite regibus. Maximis prognatus duabus. Sate sanguine diuum. Ex his pullulant odia, Gliscent inuidiæ, Subnascitur simultas. Illa è philosophorum fontibus haurienda. Reliqua è poetis petenda.

¶ Pensandi.

Ca. LXXXVI.

Quod cor

Quod corporis uiribus deest, id ingenij dolis exequar. Quod corporis formæ detractū est, id animi dotibus natura pensauit. Tu opulentior, nos eruditiores, atq; ita tecum paria sciamus. Absentiam nostrā crebris literis sciamus. Quod hactenus cessatum est, id oportet diligentia recuperare. Quod illius stultitia peccatum est, id tua sapientia restituas oportet. Quod illius insātia admissum, id oportet ut tua prudentia redimas. Supplendum diligentia quod ingenio deest. Quod corpori detractum id ingenij dotibus accessit. Studio reponendum, quod negligentia præteritum est. Quod ademptum est fortunæ, id ingenij dotibus additum est. Quantū corporis uiribus deest, tantum animi uirtutibus superest. Natura quod alibi detrahit, alibi reddit. Quod suis eripit, hoc hospitibus accumulatur. Ingenio formæ damna rependo meæ. Famæ dispendium, pecuniæ compendio sciat. Famæ iacturam pecuniario lucro solatur.

¶ Aptitudinis formulæ. Ca. lxxxvij.

Quere uxorem aptam tuis moribus, aptam ad tuos mores. Amicum delige tuis moribus appositum, accommodatum, uel ad tuos mores. Amicū delige, qui tuis moribus, uel ad tuos mores conueniat. Non est natura compositus ad artem poeticam. Ostentationi compositū, dixit Fabius, pro eo quod est ad ostentationem paratum. Idem Iuri magis an æquo sit appositus. i. propensior ad ius, an

ad æquitatē. Rursus idem. Constatq; rebus ad faciendā fidem appositis. Ad Mathematica uidetur esse propensior. Vir maximis rebus, uel ad maximas res natus. Vir factus ad huius neqtiā. Ad huius mores factus, fictus, sculptus esse uidetur. Adeo ad huius mores quadrat. Oratio non est naturæ cōsentanea. Facta non respondēt orationi. Hæc non cōpetūt in senē. Hæc nō cōpetūt uiro graui. Non hæret in Catonē huiusmodi crimen. Non cōsentunt tui mores cū huius moribus. Non cōānunt tua atq; huius studia. Non cōcordat huius institutū cū tuo. Conānus transitus. Conāna digressio. Ista non cohærent, nō consistunt. Non cādit in sapientem animi perturbatio. Nō recāpit tua simplicitas adulationis suspiciōnem. Non congruunt literæ cum studio pecuniæ.

¶ Ablegandi uerba. Ca. LXXXVIII.

Hic mihi est ablegāndus aliquo. Puerū hūc prius amādato quopiā. Hunc Argū aliquo, si potes, amolire. Non possum hunc amouere quopiā. Ego hūc neq; uti amittā à me, neq; ut retineā scāo. Non possum memet ex hoc grege nebulonū exautere. Hic ut aunq; est extrudēdus aliquo.

¶ Proficiāscendi. Ca. lxxxix.

Rus hinc abeo. Rus hinc cōædo. Disædo, absædo, deædo. Galliā repeto, inde Britāniā aditurus. In Italiā iter instituit. Ingressus est uia. Quo paras proficiāscē? Quo paras profectiōnē? Qui tendis? Quo te Mæri pedes. Quo tenetis iter? Quo nam iter est? Rus me confero. Domum me recā

me redpio. Domum reuertor. Certū est in patriā reuolare. Certū est ueteres amicos reuifere. Redde te patriæ. Fac recurras in patriā. Restitue te tuis. Fac te q̄ primū reducē uideamus. ¶ Conatus. Ca. XC.

Da operā ut cōualefcas. Cura ut reualefcas. Enitere ut cum parentibus in gratiam redeas. Adnitere totis neruis, ut in uirū tuo genere dignū euadas. Illud totis uiribus agito, ut parentum expectationi faciās satis. Pro uirili conatus sum. Pro mea uirili. Prouiribus. Hoc unum stude, ut te in regis beneuolentiam insinues. Literis incumbas. In hęc studia incumbite. Ad id eluctare. Ad hoc inuigla. Efficiēs, si modo aduigularis. Vigilandū est qui sua negotia uelit tempore conficere. Manibus pedibusq; connitere. Id unum elaborat. Eo uelis, equisq; contendit. Huc uelis, remisq; festinat. Hoc studium parui proprecimus & ampli. In ea re uehementer est sudatū. In id plurimum laboris exhaustum, exanclatum. Rem perdifficilem conamur. Rem arduam molimur. Summo nixu. Summa ope. Summa ui. Quo ad potes adlabora.

¶ Explicandi & implicandi. Ca. XCI.

Vbi his malis emerfero. Vbi his turbis memet extrincauero. Vbi ex his negocijs me expediuero. Cum ex his negotiorum exiero labyrinthis. Simul atq; his me tumultibus exoluero. Vbi his enugis memet exauffero. Si q̄ndo læbit memet ex his negotiorū fluctib⁹ emoliri. Si læbit ab his curis discedere. Si cōtinget liberari, leuari.

Si quando ab ijs negocijs me ipsum uindicare, asseruero, absoluero. Vbi ex ijs malis eluctatus fuero. Vbi ex ijs calamitatibus enataro. Impliatus malis. Inuolutus negocijs. Districtus auris. Occupatus negocijs. Distentus. Distendi. Distineri negocijs. Distorqueri auris. Immer sus, obrutus opertus negocijs. Intricatus. Impeditus. Illigatus. Obiunctus. Dispunctus. Obseptus. Oneratus negocijs. Oppressus. Oppletus. Tot me res araruallant. Tot me pericula araustant, arcum sistant, obsepunt, angunt, obsident, premunt, urgent.

¶ Verba finis, seu propositi. Ca. XCII.

Stoia in una uirtute summū bonū constituunt. Epicurus foeliatāe uoluptate metitur. Peripatata usu uirtutis beatitudine definiunt. Herillus in scientia summū bonū collocat. Quidā in indolentia boni finē posuerunt. Est q in pecunia foeliatāe sitā esse existimet. Maxima pars hominū spectat utilitatē. Pauā sibi proponunt honestū. Huc oēs conatus tui spectant, ut ditescas. Huc respicis. huc tendis. Omnes spes meas in te uno fixi. Quidam famae seruiunt. Alij lucri rationem habent. Hic uoluptatē ubiq; sequitur, Ille captat gloriā. Hic ad priuatā utilitatē omnia refert. Huc reliqua oīa sunt conferenda. Huc oīa illa pertinent, spectant. Quorsum hęc tam putida tendunt? In hoc etiā popularē laudē petit. Admirationē Aristoteles maximo petendā putat. Illud genus ostentationi cōpositū, solā petit audientū uoluptatē. Negociatorū unicus scopus est pecunia.

¶ Qua

¶ Quæ est impudentia. Ca. XCIII.

Si crimen illi palam obijāas, sat sāo qua est impudentia. Vel auus est impudentiæ. Vel, ea est hominis impudentia, inficiās ibit. Vel sic. Sat sāo, ut est impudens, inficiās ibit. Vel sic. Sat sāo, pro solita sua impudentia inficiabitur. Quamquam hoc postremum minus habere uehementiæ uideatur. Adeo est impudens, ut mox sit inficiaturus. Vt nunc sunt mores, id est pro huius seculi moribus Vt est barbarorum ingenium, id est pro conditione barbari ingenij.

¶ Quam ut. Quam qui. Ca. XCIII.

Vir melior est quā q̄ uelit mentiri. Simplicior quā qui possit. Superbior est quā ut uelit docere. Stupidior quā ut possit discere. Adeo pauper est, ut nec obolum habeat. Adeo ignauus, ut malit inedia perire, quā artem discere. Sic de me meritus es, ut tibi succensere non debeat. Sic mihi charus, ut irasā ne si uelim qdē possim. Melius de me meritus es, quā ut tibi possim succensere.

¶ Bene est. XCV.

Bene res habet. Bene se res habet. Bene habet. Bene est. Optime est. Bene tibi habent primāpia. Optimo in loco res est. Peiore in loco res esse non potest. Quo nam in statu res sunt tuæ?

¶ Mea sententia. Ca. XCVI.

Mea quidem sententia. Pro mea quidem sententia. Vt ego quidem sentio. Vt mea fert opinio. Meo quidem ani-

mo. Plautinum. Meo iudicio. Vt mihi quidem uidetur. Ni fallor. Si quid iudico.

¶ Plus & Plusquam.

Audiui plus millies. Audiui plus quàm millies. Caleſces plus ſatis, plus quàm ſatis. Huiusmodi orationes omnes bifariam proferuntur in aduerbijs, in uerbis non ita dem. Sapit plus quàm expedit. Mulier plus quàm decet erudita. Plusquam neceſſe eſt facienda. Rurſum uixit annos plures quàm decem, uel plures decem. Plus quingentos colaphos infregit mihi. Plusquam quingentos, plureis quingentis. Hoc igitur orationis genus quadrifariam eſt fertur.

¶ Ad ſummum. Vt minimum.

Semel hominem ſalutau, aut ad ſummũ bis. Vt multum. Vt plurimum. Non minus. Saltem. Vt minimum. Vt minimum dicam.

¶ Morem gerendi. Ca. XC VII.

Mos gerendus eſt patri. Morigerandum eſt patri. Obſequendum eſt patri. Patri obſeandandum. Patri cõcedendũ. Inferuendũ. Obſeruiendum paternis moribus. Accõmoda te paternis moribus. Præbe te illis ad tempus

¶ Rogandi. Ca. XC VIII.

Maiorem in modum te rogo. Etiam atq; etiã oro. Obſecro te atq; obteſtor. Illud unum abs te magnopere peto, contendog; . Illud à me uehementer contendeſbat. Efflagitaſti quotidianis conuitijs. Implorauit opes hominis. Eblauditus

ditus est fauorem. Extorsit potius quã exorauit. At istud poscere est non rogare. Flagitabant uerius quã orabant.

¶ *Ignoscendi. Ca. XCIX.*

Remisere multam. Hanc unam ignoscere culpam. Condonamus admissam. Da ueniam iuuenilibus erratis. Iurisiurandi gratiam facere pupillus non potest. Est in Pandectis. Item apud Salustium. Ad quaedam uicia conuenit coniuere.

¶ *Abrogandi. Ca. C.*

Rescindere conuenta. Abrogare legem. Abdicere legem. Antiquare, abolere legem. Abolescere neutrum. Sustollere legem. Irritare pacta. In integrum restituere. Mutare pacta. Obliterare legem. Exolescere metum dominorum dixit Plini. in epist. pro extingui atq; interadere. Nusq; tui beneficij memoria apud me intermorietur.

¶ *Ornandi. Ca. CI.*

Comere, expolire, perpolire, exornare, uenustare, honestare, picturare. Pigmenta, flosauli, lecythi. Veneres, uenustas, lepos, nitor, gratia, decus. Lenoania, emblemata, compositio, colores myrothetia, sua, phaleræ, dignitas, cultus, politus.

¶ *Inter cœnam. Ca. CII.*

Inter cœnam. Inter cœnandum. Super cœnam. Cœnantibus nobis. In cœna. idem efficiunt. Inter iocũ. Suetonius. Inter iocandũ. Per iocũ. Inter pocula. Inter potandũ.

¶ *Post cœnam. Ca. CIII.*

I uij

Post

Post cœnam. A' cœna. Sub cœnam. Nam sub signifi-
cat & paulo ante, uel protinus post. Sub hæc lectæ sunt
tuæ literæ. i. post hæc. A' tuo reditu. Post tuū reditum.

¶ Similitudinis. Ca. CIII.

Est & diuersarū rerū quædā inter se similitudo, affi-
nitas, cognatio, uiania. His finitima sunt illa. His confinia
sunt illa. Simiæ figuram multum ad hoīs formā accedit. Pu-
ro tamen fonti quā flumini propior. Non multū à tuis mo-
ribus hæc abluat imago. Huc alludit illa Terētiana sen-
tentia. Vergilianā dictionē emulatur, exprimit, refert.
Haud multum abest, dissidet, discrepat à tuis moribus.
Ab hac ratione non multū abhorret Fabius. Eiusdē gene-
ris est & illud. Eiusdē farine prouerbialiter. Eiusdē no-
te. Eiusdē classis. Mei loā, atq; ordinis hominē. Sub hac
facie latet adulatio. Plerunq; uitia uirtutis personam in-
duunt, ac uirtutis simulacrum representant. Sub uirtu-
tis specie, uirtutis titulo, uirtutis prætextu. Sub imagine
pietatis. Sub umbra pietatis. Patrē ore refert. Parentē
moribus exprimit. Patruū nomine reddit. Auū uocæ re-
presentat. Proauū imitatur oculis. Amitam nulla re præ-
sentat. Alter Cicero. Alter Hercules. Faciem mentis
ta Lyæcæ.

¶ Mutui. Ca. CV.

Mutuū dare. Mutuo dare. Mutuare. Commodato
dare. Commodare. Utendum dare. Utendum accipere.
Accepit usurariam. Plautus.

¶ Fallendi

¶ Fallendi. Ca. CVI.

Imposuimus reipu. Fefellit nos. Decepit. arcūuenit adulescentem, circūscripsit, arcūduxit apud Iureconsultos. Verba dare mihi diffiale est. Si senseris eos fucūuelle facere. Imposturam fecit, & passus est. Delusit. Elusit. Frustratus est nos sperato lucro. Nō te fraudabo debita gloria. Technæ, doli, swā, præstigæ, uasfrides. uersuta, astus, astutia, fraus. Os mihi sublitum est. In fraudē illexit, pellexit. Arte me tractauit. Dolo mecum egit.

¶ Est amicus. Ca. CVII.

Vtor patre familiariter. Est mihi cum illo arctissima necessitudo. Sum illi summa familiaritate cōiunctus. Sum illi amicus. Summa mihi cum illo familiaritas intercedit, Multus mihi cum homine quōdam usus fuit. Mutua quædam beneuolentia iampridem inter nos est.

¶ Sperandi. Ca. CVIII.

Spero fore. Nonnulla spes est fore. Venio in spem. Vocor in spem. Erectus in spem. Conāpro spem de te optimam. Nonnulla me spes habet. Maxima teneor spe. Magna me spes tenet. Adducor in spem. Nonnulla me spes coepit. Spei nonnihil affulsit, arridet blanditur. Omnia summa mihi de te pmitto. Is est de quo tibi possis omnia polliceri boni uiri officia. Nihil mediocre de te tui aues expectant. Inijcere spem. Soliātare spe. Ostēdere spem. Ostendit futurum.

¶ Ad uerbum. Ca. CIX.

Ad uerbum edidiāt, quē loam ad literam subiectā. Fabius. Eius uerba subiectā, pro quo uulgo dicunt, in forma. Ipsa hominis uerba tibi reddam.

¶ Ἐἰπωvelαῖς. Ca. Cx.

Hec ut bone uir. Saliat is superis labor est. Is nunc, si dijs placet, nos docebit qui nihil unquam didicit ipse. O mirum amicū. Mira uero militi quæ placeant. Sane uero. Quasi uero.

¶ Extrahere diem. Ca. Cxi.

Sic ille dies extractus est. Hoc agebant ut dies extimeretur. Ducere tempus. Terere tempus. Ducere bellum. Iam dies exæsserat.

¶ Paratum ac facile.

Ca. Cxij.

Paratum. Promptum. In promptu. In proāctū. Procliue. In proclui. Obuium. Expositum. Expromptum. In numero habere. In statione. Ad manum. Ex tempore. Extemporarium. Extemporaneum.

¶ Depellendi. Ca. Cxiiij.

Deprecari inuidiā. Deprecari culpam. Depellere crimen. Auersari, abominari, reijcere, reuellere, negare, inficiari, inficiās ire, propulsare, profligare, amoliri.

¶ Agnosendi.

Ca. Cxiiij.

Agnouit hereditatem. Agnoscit crimen. Accipio conditionem. Admitto testamentum. Adijt testamentum. Ut admiratio

admirationem etiam plausu confiteretur. Amorem re te-
status est. Odium & vultu præ se fert. Morbum in æssu
vultuque fatetur.

¶ Ab adulescentia.

Ca. Cxv.

Iam inde à puero. Ab adulescentia. A teneris ungui-
culis. A rudibus annis. A prima pueritia. Ab ipso uitæ
exordio. Ab ipso uitæ limine. Ab inanabilis. Cum ipso
nutrius lacte sugimus errorem. Ab ipsis crepundijs.

¶ Accurate. Ca. Cxvi.

Accurate, exacte, elaborate, ad unguem, adamussim,
examussim, amussatim, examussatum, ad perpædialum,
summa cura. Exquisite, conquisite.

¶ Persiciendi. Ca. Cxvij.

Absoluit, perfeat. Exegit monumentum. Finem impo-
suit. Finem dicendi faciã. Finijt. Summam manum im-
posuit. Ad umbilicam duxit. Fastigium imponere. Colo-
phonem addere. Supremam addidit manum. Extremũ
actum addere. Fabulam uitæ peregit. Exacta ætate. Ad
metam usq; perduxit.

¶ Committendi. Ca. Cxviii.

Leges inter se colliduntur euentu. Vt non cõpositi me-
lus cũ Bytho Bacchus. Quis te cũ isto cõmisit homine?
Concerto sti cũ hero. Conferre pedem. Conferere manũ.
Congredi cum viro. Confligere. Colluctari. Conflictari.

¶ Amandi. Ca. Cxix.

Vnicæ te

Vnicæ te diligit. Amat effusissime. Charissimū habet. Admiranda quadam charitate prosequitur. Fama nihil habet antiquius. Non amat modo, uerum etiam obseruat. Singulari beneuolentia prosequitur. Animo toto te complectitur. Oculis atq; animo fert hominem. Cor idon ardebat Alexim. Deperibat uirginem. Deperibat in uirginē. Flagrat amore tui. Amantissimus est tui. Tui tuorumq; oīm est obseruātissimus. Studiosissimus tui. Tui cupiētissimus. Ex animo tibi bene uult. Bene cupit tibi. Non perinde illi affectus erat, dixit Suetonius, pro eo quod est, non perinde diligebat. Sic oīa tua exosculatur, id est sic amat.

¶ Cupiendi.

Ca. Cxx.

Laudis auidus. Laudis auarus. Auens gloriæ. Cupiens famæ. Tuu sitiētissimus. Fameliæ gloriæ. Sittit famā. Sittit aurum. Esurientissimus laudis. Mira gloriæ famæ habet hominem. Ambit honores. Nullius rei quā laudis ambitiosior. Priuati commodi studiosus. Alieni appetens. Appetens laudis. Eloquentiæ candidatus. Inhiat lucris. Imminet exitio uir conuugis, illa mariti. Gestio uidere hominem. Prurit illi tergum.

¶ Male precandi uerba.

Ca. Cxxi.

Quoties caput tuum diris deuouit. Execratus est tū sese, tum suos omneis. Ut te Dij perdant. Abi in malam rem. In maximū malum. In crucem. Dij te eraduant. Dij tibi factis dignum tuis supplicium dent. Dij mentem tibi dent tuam, Βάλλ' ἐς κόρακας. Græcis est usitatissimū

Que

Que res illi uertat male.

¶ Pollicendi.

Ca. Cxxij.

Nescio quid magni promittunt sydera. Magnificæ pollicentur amantes. Promissis ductat hominem. Pollicatus diues, quilibet esse potest. Caue fidas huiusmodi pollicitationibus. Spondeo futurum. Despondeo. Spōde, noxa adest. Ego tibi huius noie fideiubeo. Reapio tibi facturum me. Reapio ad me. Hoc tibi meo periculo promitto. Ita mihi stipulanti pactus est. Littoribus nostris ancora pacta tua est. Do fidem futurum. Confirmo futurū. Fidem suam interposuit. Clodio Tiberius ea lege cœnam condixit, id est promisit se uenturum ad cœnam, apud Suetonium.

¶ Primæpatus.

Ca. Cxxij.

Est copiosum dicendi genus, in quo Cicerō primæpatus obtinet. Breue, in quo Salustius regnat. Subtile, in quo dominatur Hortensius. Floridum, in quo primas tenet Plinius. Varium, in quo præcipuus est Hieronymus. Graue, in quo primæps est Seneca. Festiuū, in quo singularis est Martialis. Simplex, in quo primus est Terentius. Acutum, in quo præcellit Quintus. Suaue, in quo uiait Statius. Antiquū, in quo nulli secundus est Cato. In affectatū, in quo nulli cedit, nullo inferior est, nemine posterior est Cæsar. Huius negocij tu ueluti antesignanus, dux, uexillifer, signifer, exististi. κορυφαῖος. Græcè. Homerus oēs procul à se reliquit. Omnes à tergo reliquit. Longo intervallo præcellit, præcedit, præcurrit, præit, antecit, antecellit. In lite

ris Græ

ris Græcians palmā tenet. Eloquentiæ. M. Tullius arcē tenet. Primā laudem obtinet. Primū locum obtinet. Præmia prima feret. ¶ Ludorum. Ca. Cxxiiij.

Munera gladiatoria populo exhibuit. Edidit Ciræneses. Feat ludos scenicos, apud Suetonium in Caligula. Cōmisit & subitos, apud eundē. Dedit populo centum gladiatorum paria. Centum camelos produxit.

¶ Agere delectum. Ca. Cxxv.

Habuit delectum. Agere delectū. Delectibus undiq; acerbissime actis. Cogere exeratum. Contrahere copias. Conscribere exeratum. Parare manū. Comparare uim militum. Collectis copijs.

¶ Adimendi honorem. Ca. Cxxvi.

Deposuit dictaturam. Amotus est consulatu. Abrogatum est illi imperium. Ademptum imperium. Redactus est in ordinem. Multos coegit in ordinem, hoc est priuatos reddidit. Missionem petijt. Rude donatus est. Dimisit cum ignominia. Exauctorauit totam legionem.

¶ Persuadendi. Ca. Cxxvij.

Feat mihi lachrymis pœnitentiæ fidem. Lachrymis mihi psuasit sese facti pœnitere. Lachrymæ mihi psuasurunt illum pœnitere facti. Lachrymis effeāt, ut crediderim illum pœnitere. Adduxit me in suam sententiam.

¶ Inferendi seu ratioānandi. Ca. Cxxviij.

Quod animal est, idem corpus sit neasse est. Quod autē corpus est, non statim & animal. Is paup est, q plu-
rimū

rum cupit. Porro quo quisq; magis abundat opibus, hoc est opum appetitor. Igitur ditissimus quisq; pauprimus sit necesse est. Si deus est animus, animi puritate, non uictimis corporeis eum conuenit colere. Cum animus sit corpore prestantior, uirtutes autem animi sint possessiones, pecunie corporis, consentaneum est uirtutes pecunijs anteponeudas esse. In quem cadit misereri, in eundem cadit inuidere. Non cadit autem inuidere in sapientem. Ergo ne misereri quidem ipse sibi ualis esse neque, et uobis erit usus? Felix non est, cui multa desunt. Atqui diuitibus desunt plurima. Qui possunt igitur diuites esse felices? Solum bonum uirtus? nam id demum bonum est quo nemo male potest uti, uirtute nemo male uti potest, bonum est ergo uirtus. Bonum est uirtus, ut qua nemo male uti potest. An bonum pecunia, qua quisque potest male uti? In nunc inferendi uim habet, sed uelut cum exprobratione. In nunc argentum marmor uetus &c. Quae cum ita sint quis audeat infidas ire? Hoc cum sic habeat, an non dedisti damnum? Vtrum damnum dedisti, an non. Et dubitabimus adhuc.

¶ Nil nisi. Ca. Cxxix.

Nil nisi poeta es. Nil aliud es nisi poeta. Nil aliud quam poeta es. Tantum poeta es. Poeta es, pro aetere nihil. Nihil es pro aetere quam poeta. Nisi poeta esses, nihil esses. Nil aliud quam flebat. Tantum flebat.

¶ Laudandi ac uituperandi. Ca. Cxxx.

Non omnes probabunt consilium tuum, uel probabunt plurimi. Animum in simulabunt nonnulli. Nemo mihi uicino uerterit.

Istud uinum

Istud uituperio dabunt oēs. Tu tibi laudi duās, gloriae tibi tribuis, honori putus fore. At omnes dedecori dabūt, probro dabunt, criminabuntur, damnabunt, reprehendent, improbabit, sigillabunt, taxabūt, notabūt. Atro calaulo notabunt. Album addere calaulum. Subscribere sententiae. Suffragari. Refragari. Laudibus ferre. Laudibus uexit, apud Plinium in epistolis. Sās uitio nigrū praefigere Thita.

¶ Summae. Ca. Cxxxj.

Ad summam. In summa. Vt summam dicam. Deniq; demū, postremo. Breuiter, ut semel dicam. Vt semel finiam. Dicam in genere. Rem omnem uerbo complectar. Quid quæris? pro deniq;. Ciceronianum est. Quid multa? quid multis moror?

¶ Perdendae operae.

Ca. Cxxxij.

Lusit operam. Luditur opera. Opera & impensa perijt. Frustra ego hanc operam sumo. Nihil agis. Latere lauas. Actum ago. Actam rem agis. In syluā fers ligna. Reliquaq; puerbia, quibus inanis opera significatur.

¶ Fructus. Ca. Cxxxij.

Magnum ex ea re fructum retulit. Cepit emolumentum. Lucrum reportauit. Sensit cōmodum. Commoditatem demesuit. Collegit utilitatem. Frugem accepit. Lucris fecit. Compedium parauit. Ea res illi frugifera fuit, fuit emolumento, fuit commodo, fuit usus

¶ Impu

¶ *Impudentiæ. Ca. Cxxxiiiij.*

Nihil pudet. Depuduit. Depuditum est. Deditiãt pudorem. Oblitus est pudoris. Deditiãt pudeſcere. Neſãt pudeſcere. Exiit pudorem. Perfrãuit faciẽm. Perfrãuit frontem.

¶ *Affectandi. Ca. Cxxxv.*

Affectata uerba. Affectatus ornatus. Aſãtus ornatus. Aſãtitus decor. Fabius. Et gratiam rei nimia cooptatione conſumpſimus. Cooptationem pro affectatione dixit. Captat laudem. Venatur gloriam. Auapatur famam. Acerſit ſibi malum.

¶ *Ignorandi, aut contra. Ca. Cxxxvi.*

São. Non ignoro. Non me fugit. Non me latet. Non me præterit. Non ſum neſãus. Nõ me clam eſt. Quis neſãt? Nemini dubium. Intelligo, uideo, ſentio. Compertum habeo. Exploratum habeo. Perſpectum habeo. Cognitum habeo. Non eſt obſcurum mihi. Non me fallit. Haud me falſum habuit. Indoctus diſã. Rudis horum malorum. Impertitus fallendi. Ignarus loã Saluſtianum.

¶ *Turpe eſt, & ſimilia. Ca. Cxxxvij.*

Turpe eſt. Cum turpitudine coniunctum eſt. Laudabile eſt. Cum laude coniunctum eſt. Cum uitio coniunctũ eſt. Vitio conſine eſt. Non uocat uitio. Non caret uitio. Nõ abeſt à uitio. Periculoſum, cum periculo coniunctum.

¶ *Quin & ut non. Ca. Cxxxviiij.*

Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefacta

motu condant. Cicero pro Pompeio. *Quin hæc eodem labefacta motu condant. Non potes studere opibus, ut animi tranquillitatem non perdas. Non potes, quin perdas. Non potes, nisi perdas.*

¶ *Id quod, quod. Ita ut, ut. Ca. Cxxxix.*

Id quod pro quod, & ita ut, pro ut, frequēs est apud Ciceronem. Ita ut facis. Id quod facis. Quod quidem facis

¶ *Amplificandi. Ca. Cxli.*

Cedendum erat hospiti, præsertim seni, maxime seni. Pulsauit hospitem, eumq; senem, idq; senem, atq; hunc senem, atq; adeo senem.

¶ *Reâproca constructio quorundam. Ca. Cxli.*

Erit humanitatis uestræ magnum auum numerum calamitate prohibere. Cicero. Prohibe infandos à nauib⁹ ignes. Verg. Defendit apellas ab æstu. Defendit æstum apellis. Spargere humū folijs. Spargere folia humi, sternere pallio lectum. Insternere lecto pallium.

¶ *Non contentus. Ca. Cxlij.*

Non contentus uictoria. Non contentus uiasse. Non sat habebat uiasse. Non sat erat uiasse. Parum erat uiasse, ni in uictos etiam sæuret. Non sufficiebat uiasse. Poenitebat rapinæ, nisi parentem quoq; spoliasset.

¶ *Satisfaciendi. Ca. Cxliij.*

Interdum non satisfiât Ciceroni Demosthenes. Non implet aures Ciceronis Demosthenes. Non respondet optatis meis. Non faciât satis hominū de sese expectationi.

Non

Non respondet hominū de se expectationi. Tullius in De mosthene, nonnunq; desiderat aliquid. Non is es quem expectaram. Non talis es qualem uellem. Non nihil in te requiro adhuc. Non sciat ad huius cupiditatem.

¶ Impunitatis, aut contra. Ca. Cxliij.

Omnes plura habere cupimus, & tamen id nobis impune est. Haud impune feres. Haud impune feceris. Non fuit illi fraudi magistratum prohibuisse ui. Sine fraude esto. Non sic auferes. Mirabar hoc si sic abiret. Militem impunitate donauit. Nullum facinus impunitum esse oportet. Nullas poenas dedit eius facti. Poenas pendit. Tum pendere poenas Cecropidae iussi. Per soluit, exoluit, luit dependit. Nullum de eo sumptum supplicium. Ei facti nulla irrogata poena. De tanto flagitio non est animaduersum, in omnes grauter animaduersum. Exacta poena.

¶ Suadendi aut consulendi. Ca. Cxlv.

Id ne estis authores mihi. Te authore suscepi negotia. Tuo impulsu facta. Te impulsore facta. Tuo persuasione. Tuo inductu, Cicero. Te susfore. Te consultore. Tuo consilio. Abs te persuasus id facta. Tuo instinctu. Amorem in consilium adhibuisse uideris. Tuo persuasione. Cicero.

¶ Prudens. Ca. Cxlvj.

Prudens facta. Saens facta. De industria facta. Studiose facta. Data opera. Dedita opera facta. Studio facta. Consilio facta. Consilio facta. Contra. Imprudens, nescaens facta,

per errorem. Errore factum est. Per imprudentiã. Peccã
caut inconsulte. Ex industria pro de industria aliquoties
es dixit Quintilian. Composito factum. Ex Composito.
Ex destinato, pro consulto, apud Sueton. est in Caligula.

¶ *Causse. Ca. Cxlviij.*

Plurimis de causis mihi tuæ literæ iucundæ fuerunt.
Duas ob res hominem odi. Multis modis tua mihi iucun-
da fuit epistola. Duobus nominibus es mihi charissimus.
Dupliã nomine. Dupliã de causã tuis scriptis delector.
Bis mihi iucunda fuit epistola tua. Multifariam me tuæ li-
teræ delectarunt.

¶ *Dierum notatio. Ca. Cxlviij.*

Calendis Ianuarijs. Ad calendas Ianuarij. Calenda-
rum die. Nonis Ianuarij. ad nonas. Die nonarum. Idibus
Maijs. Ad idus Maij. Iduum Nouembrium die. Pridie
calendas, aut calendarum. Pridie nonas matas. Pridie no-
narum. Pridie Idus. Pridie Iduum Nouembrium. Postri-
die calendas Ianuarias. uel, Quarto nonas Ianuarias.
Postridie nonas Ianuarij. uel, Octauo idus ianuarij. Po-
stridie idus ianuarij. uel, Deãmonono calendas Februa-
rij. Pr. etrea deãmo calendas Februarias, uel ad deãmũ
calend. Februarij. Ad eundem modum de reliquis mensi-
bus ac diebus dicendum.

¶ *De numeralibus. Ca. Cxlix.*

In numeris illa uarietas est generalis, de addita, aut
omissa conuñctione. Annos natus quatuor & uiginti. Ana-
nos natus

nos natus uiginti quatuor. Annos natus centum & uiginti. centum uiginti, uiginti supra centum. Deinde quod duos numeros primāpali proximos uel compositē, uel incompositē efferre licet. Duodeuiginti pro octodecim. Undeuiginti pronouemdecim. Duodetriginta, undetriginta, ac deinceps consimiliter usq; ad centum. Supra centum compositē per adiectiuum, aut incompositē per aduerbium efferimus. Ducentos, biscentum. Trecentos, ter centum, atq; eodem modo usq; ad mille. Mille multiplicamus uel substantiue, uel adiectiue cum aduerbio. Mille nummum. Mille nummos. Bis mille nummos. Duo millia nummorum. Pergendumq; consimili ratione ad mille millia, aut millies mille. Nonnunquam eandem sententiam efferimus & per cardinalia, quæ uocantur, & per ordinis numeralia. Annos natus uiginti. Annum egressus uigesimum. Annum excessit uigesimum. Annum agit primum & uigesimum. Bicennium est quod patriam non reuiferim. Tertius hic annus agitur, quod patriam non reuifi. Dic quotus es se uelis, id est quot conuiuas uelis. Hic non ordo, sed simpliater numerus significatur. Distributiuis pro simplicibus in carmine licet uti. Vbi uero apponitur quippiam, quod distributionem explicet, liberum est uti uel distributiuis, uel cardinalibus. Quotannis duo talenta capit. Vel. Quotannis bina talenta capit. In singula capita mille nummum distribuit, uel millenos nummos.

¶ Aduerbia temporis. Ca. CL.

K iij

Tempus

Tempus uix dum præteritum, per modo aduerbium significamus. Paulo longus, per dudum ac iandudum. Hoc etiam longus per Nuper & pridem. Longissimum per olim & quondam, Futuri temporis hi sunt ordines. Mox aderit. Iam ueniet. Protinus, continuo, ilico, ex templo, eue stigio, tempus significant, & hæc continentur in sequens, sed fere respondent ad præteritum. Ut literis tuis lectis ex templo domum me contuli. Accepto hoc nuncio eue stigio me domum conieci. Olim respondet ad utrumque tempus, præteritum & futurum. Olim floruerunt græci. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Proximus item ad utrumque tempus refertur. Proximo anno strenue se gessit. In proximum annum summas copias parat. Proximis his diebus. Proximo mense. Proximo partu. Proximo bello. Nouissimus pro eo quod est nuperrimus, præteritum dumtaxat respiciat. Superiore anno. Superiore mense. Superiore bello. Superioribus diebus, diamus de re nuper, aut proxime acta. Item paucis his diebus & ante pauculos dies. Paucis ante diebus. Paucis post diebus. Post pauculos dies. Aliquanto ante. Aliquanto post. Paulo, multo, ante et post. Deim deinde deinceps exinde. Sub hæc, utriusque temporis rationem obtinet. i. paulo ante aut paulo post. Certi temporis significationem hæc habent, Hodie heri nudius tertius nudius quartus. Quinto sexto septimo octauo ab hinc die. Hodie cras perendie, Perendino die. Quarto ab hinc die, quinto sexto & c. Porro uerbum

rouerbū additū tempis discrimen faāt . Septimo ab hinc die mectū coenabat . Septimo ab hinc die istic me uidebis . Hæc & aliter efferimus . Septimus hic dies est, qđ mectū coenauit . Annus est, qđ nullas à te literas accipi . Multū tempis est, qđ nos nō uisis . Diu est qđ nos non uisis . Seaulū exisse mihi uidetur, ex quo nullas abs te literas accipio .

¶ Annumerandi. Ca. Cli.

In deos relatus. In numerum deorum relatus est. Hora. Inter quos referemus erit. Ascribe me in numerum tuorum. Ascribe me tuis amicis. Ascribito me inter amicos tuos. Veteribus annumerandus. Inter summos annumerandus. Inter primos recensendus, ponendus, collocandus. Redpe me in tuum gregem. Multos obscuros legit in senatum. Cur hunc hominem asciuisisti in uestrū contubernium? Coaptatus in collegium augurum. Ascatus. Additus ordini senatorio. Acerditus seu ascatus in militum numerum. Suet. Vt diuitate donatū, in Decurias adlegeret.

¶ Initi ac finis. Ca. Cliij.

In ipsis uitæ primordijs. In ipsis uitæ rudimentis. In primis literarū elemētis. In capite tuarū literarū. In prima statim fronte. In ipso uitæ limine. In ipso quasi uestibulo uitæ. In exortu. In exordio uitæ. In primā pio. In initio opis. In calce tuarū literarū. In extremis tuis literis. In postrema pte tuarū literarū. Nūc ad metā festinat oratio. In extremo uitæ actu. In portu impingere. In porta anterio. Ne ī apijs qđē. In ipso opis ingressu. In ipsis uitæ foribus Vitæ ianua. Fauces inferorum. K iij Maior

¶ Maior opinione. Ca. Cliij.

Maiora fide. Maiora quã ut uera credi queant. Minor opinione doctrina. Minor doctrina quã pro hominum opinione. Citus spe aderat. Celerius expectatione redibat. Citus ac sperabatur. Ante expectatum redibat. Par famæ doctrina. Non minor doctrina quã fama celebretur. Supra fidem omnia, id est maiora fide. Maiora ueris renuntiabant. Minora. Inferiora ueris prædicabant. Infra uerum erant quæ nuntiabant. Minor consulari dignitate cognitio. Minus est, quã ut à consule cognoscatur. Maior consulis dignitas, quã ut hanc causam cognoscat. Tua uirtus maior est omni præconio. Vinat omnem laudem tua uirtus.

¶ Contingendi. Ca. Cliiij.

Hocine tantum malum mihi derepente obiectum esse? Ingens obuenuit hereditas. Obtigit uxor qualem uolebã. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Nactus es uxorem te dignam. Fœliãssimum ingenium sortitus es. Similes habet labra lactucas. Habet quod amet. Is nunc reperit. Merito nobis accidit, ut mali uideamur, dum nimium studemus uideri bonos. Non omnibus datum, ut impune quæ lubeat, dicant. Non quibuslibet licet quæ libeat facere. Mihi usu uenit, siue usus uenit, ut cum intractabili monstro conflictarer. Ita fortunæ uisum est, ut de his optime mererer, qui de me pessime merentur.

F I N I S.

DES.

137

DES ERAS

ROTERODAMI DE RERVM CO
PIA COMMENTARIVS SECVN
DVS. ET MOX DE PRI
MA LOCVPLETANZ
DI RATIONE.



OSTEAQVAM
de uerborum Copia,
quæ ueniebant in men
tem, quæ potuimus bre
uitate diximus, reli
quum est, ut simili cõ
pendio de Rerum co
pia perstringamus.

Atque ut hanc operis
partè exordiamur ab

ijs, quæ superiori generi sunt quã maxime finitima, Pri
ma locupletandæ sententiæ ratio uidetur. Si quod summa
tim ac generatim diã poterat, id latius explicetur, atq; in
partes diducatur. Quod quidem perinde est, ac si quis
primũ mercem per Transennam ostendat, deinde eandẽ
euolust, aperiatq; ac totam oculis exponat. Huius ratio
nis id erit exemplum.

CREM uniuersam luxu perdidit. Eam sententiã
K V in summa

in summa comprehensam, quasiq; conuolutam, hunc ad modum liæbit euoluere. Si plurimas possessionũ formas enumeremus, siq; uarias perdendæ rei uias explicauerimus. Quicquid uel matris uel patris nomine hereditate obuenerat. Quicquid aliorum affinium morte aduenerat. Quicquid ex uxoris dote, quæ quidem neutiquam erat uulgaris, accesserat. Quicquid ex legatis accreuerat (accreuerat autem permultũ) Quicquid ex principis acceperat liberalitate. Quicquid peculij castrensium conflauerat. Pecuniam oẽm, uasa, uestes, fundos, agros, una cum ipsis & uillis & pecoribus. Breuiter rem oẽm, seu mobilem, seu soli. Deniq; familiam etiam ipsam, in foedissimis scortorum amoribus, quotidianis comessationibus, sumptuosis obsonationibus, nocturnis perpotationibus, popinis, aipedijs, unguentis, alea, lusibus pauca diebus ita absumpsit, abliguriuit, absorbit, ut ne Terentiũ quidem sibi reliquum fecerit. Hic duo illa uerba. Rem uniuersam, & luxu perdidit, suis partibus explicantur.

¶ Adijciemus & alterũ exemplũ Cyclopediã absoluit.

In genere dictũ est. Id ita poteris explicare. Si singulas disciplinas, oẽm doctrinæ speciem singulatim recensesas. Nullũ omnino doctrinæ genus est, in quo nõ sit exquisitè uersatus. Nulla disciplina, quã ille non ad unguẽ pdidierit. Et ita pdidierit, ut in una qualibet sola laborasse uideatur. Adeo mire poetarũ oĩm oēs fabulas tenet. Adeo Rhetorũ flosculus abũdat. Adeo grammatiorũ laboriosos canones excussit. Dialecticorum argutias callet. Physicas

et cetera p̄estigauit. Ultra mūdane sapiētiae ardua superauit. Theologorū abdita penetravit. Mathematicas apodixes p̄ceptas habet. Sic astrorū mot⁹, sic numerorū p̄portōes, sic terrarū dimensiones, urbū, montū, fluminū, fontū, situs, noīa, interualla. Sic uocū concētiū, atq; discrimina. Adeo quicq̄ est historiarū tum ueterū, tum recentū meminit. Quicq̄ bonorū authorū, quicq̄ uel antiquitatis, uel nouitatis id omne tenet. Adde his parē græcicæ ac latinæ literaturæ lingueq; peritiā. Deniq; quicquid unquā cruditionis, ab egregijs authoribus reeptum ac traditū fuit, id uniuersum unus hic absolute p̄ceptū, cognitumq; habet, ac meminit.

¶ Item. Omnibus naturæ fortunæq; dotibus p̄editus. Hoc si cui libeat explicare, cōmemorabit singula corporis cōmoda. Deīde singulas ingenij atq; animi dotes. Postremo genus, opes patriā, suæ s̄sus, et quicquid à fortuna solet obuenire. Rursum Hippias oīfāus. Hoc si quis uelit dilatare, referat licet oīa illa, q̄ in eius uiri descriptiōe recēset Apuleius in floridis, non sine uaria uerborū copia.

¶ Extat huius rationis exēplum aptissimū apud Lucianū in Harmonide. Etenim cum potuisset summam dicere, τὴν ἀυλικὴν ὀλὴν ἐκμεμάθηκα. maluit explicatis partibus copiam ostentare ad hūc modum εἰσιδᾶξω με ἢ ἂν ἀερόσασθαι τὸν ἀυλὸν εἰς τὸ ἀκριβές, καὶ ἐμπνεῖν εἰς τὴν γλωσσίδα λεπτόν τι ἢ ἐμμελές καὶ ὑποβάλλειν τοὺς σακτύλους εὐαφῶς ὑπὸ πικρῇ τῇ ἀρσεί καὶ δέσει, καὶ βάλειν

ἐν ἰθμῶ, καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν. καὶ τῆς ἁρμονίας ἐκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς λυδίου τὸ βακχικόν, τῆς δωρίου τὸ σεμνόν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν, ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμῶθηκα παρὰ σοῦ.

¶ *In his non abs re crediderim illud admonere, simul & in initio proponi summā rerum, & eandem alia sermonis specie repeti, & ita redeundum ad genus, quasi singulis enumerādis iam sis defatigatus, etiā si nihil erit prae teritū. Praeterea cauēdum, ne partium ordinē cōfundamus, tumultuaria uerborum congerie, sursum ac deorsum miscētes omnia, ne molestam uocam turbam, nulla conditam gratia conglomeremus, sed uel ordine sato, uel apta distributione, uel eleganti descriptione, legentis aut audientis tedium excludamus. Ad hanc formā pertinet & illud, quoties totum quod non formis, sed partibus constat, in eas diducatur. VT TOTVS MONSTRVM EST, hoc pacto dilatabitur. Si prius hominē in corpus atq; animū partiaris, deinde singulas corporis partes, singulas item animi partes attingas. Et animo & corpore monstrum est. Quacunq; uel animi, uel corporis parte contempleris, monstrum reperies. Oculos, os, uultum, totam deniq; corporis figuram inspicē, quid aliud quā monstrum prae se ferunt? Linguā & uocem illam beluinam obserua, portentum dicas. Ingenium exaite, p̄ dignū.*

prodigium inuenies. Mores expende, uitam scrutare, omnia monstrosa comperies. Et ne singula persequar, quantus quantus est, nihil nisi monstrum est. Hic si quis uelit in singulis, ueluti de pingendis immorari, satis apparet, quantum ubertatis sit accessurum orationi.

¶ Item aliud. Totus commaduit.

A summo capillo ad imum usq; calcaneum Pluuia commaduit. Caput, humeri, pectus, uenter, tibiæ, totū deniq; corpus pluuia distillabat. Minutius quidem illud, haud tamen indignum quod admoneatur, ad hanc formam referri posse, quoties de specie loquētes genus adiungimus, id quod fere fit amplificandi gratia. Cum omnis eruditio plurimū adfert & ornamenti & adiuuenti mortalibus, tum præcipue philosophia. Item omni quidem ætati foeda est libido, uerum senectuti multo foedissima. Item cum omnibus in rebus plurimū habet momenti prudentia, tum præcipue in bellis. Simplex enim erat, prudentiā in bellis plurimū habere momenti. Huius generis est illud Ciceronis in oratione pro domo sua, apud pontifices. Cū multa diuinitus pontifices à maioribus nostris inuenta, atque instituta sunt, tum nihil præclarior, quàm quod uos eosdem & religionibus deorum immortalium & summæ reipub. præesse uoluerūt. Quanquā quid attinebat unū hoc referre, cum huius formæ exempla nusquā non sint

¶ Secunda uariandi ratio.

(obuia.

Huic admodum affinis est secunda uariandi ratio.

Quoties

Quoties nō contenti semel exitum rei proponere, ex qua reliqua quæ præcesserunt, per se queant intelligi, singularim ea quoq; cōmemoramus, per quæ ad eum exitum peruentum est. Huius præceptionis hoc erit exemplum. Cicerō Catilinæ conatus oppressit. Id ita locupletabis. Catilinæ nefarios conatus M. Tullius Cicerō consul, sua sagacitate statim odoratus est, singulari uigilantia peruestigauit, summa prudentia deprehendit, miro in remp. studio perdidit, incredibili eloquentia cōiurat, grauissima auctoritate repressit, armis extirxit, magna foelicitate sustulit.

¶ Item aliud. Ex ea uirgine filium sustulit. Hac ratione dilates licebit. Eam uirginē, qd' esset singulari forma, misere deperibat. Deinde amoris impatiens simplicē puellæ animū pmissis sollicitauit, muneribus corripit, blandicijs delinuit, officijs in mutuū amorē pellexit, improbitate uiat, deniq; consuetudinē cum ea habuit, ac deuirginauit. Aliquāto post tempore uterus uirginis cœpit tumescere, foetu uidelicet conæpto. Demū exactis nouem mensibus parturit, ac pucrum peperit.

¶ Item aliud exemplū. Urbem cepit, ita poterit ampliare. Principio sedales rem repetitū missi, qui paucis etiam conditiones offerrent. Quas cū oppidani non acciperent, copias undiq; cōparat, machinarū maximam uim cōportat, admouet exerātū una cum machinis ad urbis moenia. Illi cōtra ē muris acriter hostē repellunt. Tandem hic superior in congressu, cōsensus moenibus, urbē inuadit,

addit, ac rerum potitur.

¶ Tertia ratio.

Ab hac rursus nō ita uehementer abhorret tertia locupletandi sermonis ratio, quoties rem non nudam exponimus, sed altius etiā causas repetimus, à quibus initijs sit pfecta. Veluti si cui non satis sit dixisse, bellum inter cassifese Gallis cum Neapolitanis, uerum etiā addat quæ fuerint similitatis causæ, quis instigator, quæ suscipiendi belli occasio, quæ uincendi spes, quæ utrisq; fiducia. Hoc præceptum ut est diluādiuus quā ut egeat præceptione, ita difficile sit exemplū nisi plurimis uerbis pponere. Quare su persedebimus.

¶ Quarta ratio.

Nec admodum discrepat ab his quarta locupletandi ratio. Quoties nō simpliāter pponimus negotiū, sed enumeramus etiā illa quæ negotiū uel comitantur uel consequuntur. Qd' genus sit. Bellū tibi acceptū feremus. Hoc pacto poteris ditare rem. Exhaustū in barbaros milites ærarium, fractam laboribus iuuentutē, pculatas segetes, abacta pecora, incensos passim uicos, ac uillas. Desertos agros, euersa moenia, cōpilatas domos, direpta phana, tot orbos senes, tot orphanos liberos, tot uiduas matronas, tot uirgines indigne cōstupratas, tot adulescētium licentia deprauatos mores, tantum funerum, tantum luctus, tantum lachrymarū. Præterea extinctas artes, oppressas leges obliteratam religionem, confusa diuina humanaq; omnia, corruptā diuitatis disciplinā. Vniuersum inquam hoc malorum agmen, quod ex bellona sātur, tibi uni feremus acceptum, si quidem belli fueris author.

¶ Quinta ratio.

Quinta locupletandi ratio uidetur potissimū ad ἐνῶπιον γυῖον, quā euidentiā uertunt, pertinere. Ea utemur, quoties ad amplificandi uel ornandi, uel delectandi gratia rem nō simpliāter exponemus, sed æu coloribus expressam in tabula spectandam proponemus, ut nos depinxisse, nō narrasse, lector spectasse, nō legisse uideatur. Id ita præstare poterimus, si prius ipsi totam rei naturam, omnesq; circumstantias, ac ueluti faciē animo lustremus. Deinde ita uerbis ac figuris idoneis effingamus, ut quā maxime fiat euidens perspicuaq; lectori. Hac uirtute præcellunt cum omnes poete, tum præcipue Homerus, quē admodum suis indicabimus locis. Cōstat autem præcipue descriptione rerum, temporum, locorum, personarum.

¶ Descriptio rei.

Rei descriptione locupletabimus orationē, cum id quod sit aut factū est non summatim, aut tenuiter exponemus, sed omnibus succatam coloribus ob oculos ponemus, ut auditorem siue lectorem iam extra se positum, uelut in theatrum, auocet, quam ab effingenda rerum imagine. Græci uocant Hypotyposin. Etiam si uocabulum hoc cōmune est, quoties aliquid oculis subijatur. Veluti si quis expugnata ciuitatem dicat, cuncta nimirū in summa completitur, quæcunq; talis fortuna reapiat. Vtar enim Quintiliani uerbis. At si aperies hæc quæ uerbo uno inclusa erant, apparebunt effuse per domos ac templa flammæ,
 & ruentium

& ruentium tectorum fragor, & ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo complexu suorum coherentes, & infantum foeminarumq; ploratus, male usq; in illum diem, seruari fato senes. Tum illa prophanorum sacrorumq; direptio, effrentium praedas, repentiumq; disarsus, & ante suum quisq; praedone atenati, & conata retinere infantem suam mater. Et si tibi maius lucrum est, pugna inter uictores. Licet enim haec omnia complectatur euersio, minus est tamen totum dicere quam omnia. Hactenus Fabius. Idem huius euidentiae dat exemplum hoc, ex Caelio in Antonium. Namq; ipsum offendunt temulento sopore profligati totis praecordijs stertentem ructuosos spiritus geminare praeclearasq; contubernales ab omnibus spodijs transuersas incubare, & reliquas arcumiacere passim, quae tamen exanimatae terrore, hostium aduentu percepto exatate Antonium conabantur. Nomen inclamabant frustra, & uiaibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cum omnium uocem tactumq; noscateret, proxime cuiusq; collum amplexu petebat, nec dormire exatatus, nec uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus Centurionum, concubinarumq; iactabatur. Nihil inquit Fabius, his nec credibilius fingi, nec uehementius exprobrari, nec manifestius ostendi potest. Refert idem descriptione conuiuij luxuriosi. Videbar inquit uidere alios intrantes,

L

alios

alios uero exeuntes, quosdam ex uino uacillantes, quosdam hesternapotatione osatantes. Humus erat immunda lutulenta uino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Sed huiusmodi exemplorum nusquam non magna copia, praesertim apud poetas, ut dictum est, & apud historicos poetis proximos. Praecipue uero narrationes nundorum in Tragædijs, quoniam uicæ spectaculi subijciuntur, hac uirtute abundant. M. quoque; Tullius mirus est in hoc genere. Verum illud arbitror admonendum, hoc genus descriptiones praecipue quidem constare circumstantiarum explicatione, earum praecipue quæ rem oculis maxime subijciunt, ac moratam reddunt narrationem. Non mediocriter tamen adiuuari collationibus, similibus, dissimilibus, imaginibus, metaphoris, allegorijs, & si quæ præterea sunt figuræ quæ re illustrant. Quin epitheta quoque in hunc usum plurimum ualent. Velut cum dicimus aerios scopulos, turrigeras urbes, caruleum aut uitreum mare, curuum aratorem, superaliosum philosophum, patulas sagos, atram specum, & apud Homerum Δυσρχῆς πόλεμος. Neque solum in descriptione complectimur quæ præcesserint, quæ adiuncta rei fuerint, quæ consecuta, uerum etiam ea quæ facta non sint, uel fieri potuisse, si hoc aut illud euenisset, uel fieri posse demonstramus. Veluti si quis dicat. Vide in quod discrimen adduxisti Rempub. qui temere congressus sis cum hoste. Etenim si forte fortuna superassent hostes, hæc atque hæc erant

erant euentura. Aut si quis monarchiam dissuadeat, de-
 scriptione ob oculos ponat omnem tyrannidis Tragœdi-
 am. Iamq; auditores admoneat, ut putent sese hæc omnia
 uidere, quæ mox passurisint, si Democratiã mutarint in
 regnum. Porro si res agitur seria, tum eatenus adhiben-
 dæ sunt ὕπνοῦ ἢ ὄψεσθαι, quatenus ad causam cōducūt.
 Verum cum tota res ad uoluptatem spectat, quemadmo-
 dum in poematis ser me fit, ὅτι ἀπὸ δειξέσθαι, quæ exer-
 cendi ostentandi ue ingenij causa tractantur, licebit effi-
 ctionibus huiusmodi liberius lasciuire. Ad hanc formam
 pertinent descriptiones Homericæ, quoties armat deos
 suos aut heroas, quoties conuiuium, quoties prælium,
 quoties fugam, quoties conalium describit. Quid enim il-
 le non exponit oculis, tum aptis circumstantijs. Quæ tam
 ὅτι si nonnunquam minutæ uidentur, tamen nescio quo pa-
 cto mirum in modum rem oculis subiiciunt, tum epithe-
 tis, tum adhibitis similibus. Præterea descriptiones turbi-
 num, tempestatum ac naufragiorum. Quales sunt apud
 Homerum locis compluribus, apud Vergilium lib. ænei.
 primo, apud Ouidium Metamorph. xi. Item pestilentie,
 qualis est apud Maronem Georg. lib. iij. apud Nasonem
 vij. apud Senecam in œdipo. Præterea famis, cuiusmodi
 est insignis in quadam Quintiliani declamatione. Item p-
 digiorū. Solis eclipsiū, niuis, imbrū, fulminū, tonitruū
 terræ quassationū, incendiōrū, inundationū. Quod genus

apud Ouidium diluuij Deucalionis descriptio. Item seditionum, exercituum, praeliorum, stragis, exadij, direptionũ, monomachiae, pugnae naualis. Qualis est apud Lucanum lib. iij. Epuli, conuiuiorum, nuptiarum, funerum, triumphorum, ludorum, pomparum. Cuius generis est apud Plutarchum in uita M. Antonij, Cleopatrae nauis. Sacrorum, ceremoniarum incantationum ac malefactorũ. Qualis est apud Lucanum in sexto, item apud Horatium in satyris, sub persona Priapi narrantis quae uiderit. Venationum. cuiusmodi extat Adriani Cardinalis. Item animantium, quod genus est Torpedinis & Histricis descriptio. Apud Claudianum. Apud eundẽ, & item apud Lactantium Phoenicis. Psittacũ apud Ouidium in amoribus, & apud Statium. Serpentium apud Lucanũ in nono. Multorum piscium apud Oppianum. Apud Plinium cũ innumerabilium animantium formae, naturae, mores, pugnae, concordiae, tum praecipue culicis descriptio apud Maronem. Equi ac bouis expressio, apum mira representatio. Statarum item, qualis est in epistolis Plinianis, Signi senilis. Tabularum & imaginum, qualis est apud Lucanum. Hercules Gallicus, apud Philostratũ. Varia picturarũ argumenta, cuiusmodi sunt & argumenta textorum & sculpturarum, aut similium operum. quorum apud poetas & historicos exempla sunt innumera. Qualis est clypeus Achillis ab Homero expressus, Aeneas à Marone. Ad haec nauis, uestis πικροπλίκης, machine

chinae, currus Colossi, Pyramidis, aut si quid est aliud rerum consimilium, quarum descriptio delectet. Equidem ad hoc genus referendum arbitror, quoties formas gentis uitaeque ritus expliantur. Veluti si quis Scytharum, Antropophagorum, Indorum, Troglodytarum, aut similitum gentium, imaginem oculis exponat. Aut si uita militaris, philosophicae, aulicae, rusticae, priuatae, regiae simulachrum quoddam effingas. Verum ut ista probe exprimas, non modo confert ars et ingenium, uerum etiam oculis spectasse, quae uelis effingere, plurimum refert. Sunt et fabulosa rerum descriptiones, quae tamen ad ueras deludant. Velut aetatis aureae, argenteae, ferreae. Qualis est et apud Cebetem humanae uitae pictura, apud Lucianum Aulae, calumniae, eruditionis, aliaeque complures. Apud Homerum Ossae, Ares, et Litarum. Apud Ouidium famis, liuoris. Apud eundem, et item apud Maronem famae. Quod si quis malit haec ad personae descriptionem pertinere, de quo mox dicam, equidem non magnopere repugno.

¶ Personae descriptio.

His igitur est proxima personarum descriptio, quam $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\tau\iota\acute{\alpha}\nu$ appellant, tametsi nonnihil ab hac dissidet, $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\gamma\rho\alpha\phi\acute{\iota}\alpha$, uel hoc nomine quod laetius patet. Nam famis quoque, inuidiae, somni, de quibus modo diximus, $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\gamma\rho\alpha\phi\acute{\iota}\alpha\varsigma$ non absurde dixeris. Proponitur enim aeu persona quaedam. Cuiusmodi

L iij sunt et

sunt & illæ, uirtutis ac uoluptatis, quas Prodicus sophista apud Herculem inter sese deærtantes facit, ut author est Xenophon. Item mortis ac uitæ, quas Ennius in Satyra contendentes induat, teste Fabio. Item calumniæ apud Luæanum. Ocasione apud Aufoniũ. Fortunæ apud Horatium in Odis, & Qu. Curtium. Cupidinis apud Moschum. Penias & Pluti apud Aristophanem. Iusticiæ apud Chrysippum, referente Gellio. Philosophiæ apud Boetium Scuerinum. Lamiæ apud Politanum. Item Musarum Gratiarum, Furiarum, Bellonæ, Sphingis, Scyllæ, Charibdis, ac simillium apud poetas. ¶ Sunt propiores uero, sed tamen ostentationem accommodatiores. Cuiusmodi est Hippiciæ descriptio apud Luæanum, et eiusdem apud Apulcium in floridis, sed oratori magis conueniunt illæ notationes. Sic enim appellant, quoties amantis, luxuriosi, auari, uoracis, temulenti, somniculosi, garruli, gloriosi, ostentatoris, inuidi, sycophantæ, parasiti, lenonis uel personam depingimus. Huius generis extat exemplum in quarto rhetoricas ad Herennium. Cæterum e comœdijs quantũlibet exemplorum sumere licet. Nil enim aliud agit comœdia. Depingitur autem ab omnibus arcumstantijs, præcipue uero ab his. A natione seu patria, si Pœni, Græci, Galli, Scythæ, Hyberni, Hispani, Scoti, Britanni, formam, cultum, uocem, linguam, gestum, incessum, ritum, ingenium, ac mores expresseris. Fingendus autem Pœnus fœdissimus, uasus, insolens, cultu ambitiosiore,

atq;

atq; item de cæteris.

☞ Sunt & singularum ciuitatum peculiare notæ. Vt mollis Atheniensis, & ad dicendum quàm faciendum instructior. Seueri Romani. Parâ Florentini.

☞ A' sexu. Depingitur uir seuerior, mulier loquacior, inconstantior, superstitiosior.

☞ Ab ætate tales effingimus, quales Horatius ostendit in arte poetica.

☞ A' fortuna. Fastuosior induatur diues. Humilior ac timidior pauper.

☞ A' studijs fit gloriosus, & faciæ suorum immodicus iactator miles, periurus leno, tristior rusticus, adulantior aulicus, mitior urbanus. Medicus ad quæstum propensior.

Poeta nominis auidior, fontibus, nemoribus, ac secessibus gaudens, opum & honorum ciuilium contemptor. Sophista loquacior quàm sapientior. Neque negligendi communes affectus, quo sit animo pater in liberos, maritus in uxorem, ciuis in patriam, princeps in plebem, plebes in patricos, cæteraq; quæ diligentissime tradidit in rhetoricis suis Aristoteles.

☞ Sunt autem peculiare etiam in singulis horum differentie. Neq; enim satis est tenere quid seni, quid iuueni, quid seruo, quid patrifamiliæ, quid lenoni conueniat. Alioqui singuli horum semper sui similes induerentur. At comiæ præcipue uarietate in eiusdem quoq; generis personis affectasse uidentur. Quid enim dissimilius quàm Demea ac Mitio apud Teren. Quorum hic (cū etiam grauissime filiū

obiurgat) blandus est, ille cum maxime blanditur, amarulētus. Et tamen uterq; senex, atq; adeo fratres. Quid diuersius quàm Chremes semper placidus ac auilis, & Simo uehemens ac suspiciōsus? Item quàm Pamphilus cor datus, & Carinus mops animi consiliijq;. Quid tam dissimile, quàm Phædria cum morbo pugnans, & Cherea nihil habens pensi? Multum item interest inter Dauum pertinacissimum sperandi authorem, & Byrriam nihil præter desperationem adferentem. Plurimum inter parasitum Gnathonem, & Phormionem, & ab utroq; longe dissident parasiti Plautini. Quemadmodum & huius meretricis à Terentianis plurimum discrepant. Terentius meretrices propemodum bonas fingit, ueluti Philotim, & Bacchidem in Ecyra. Plautus senes amantes, ac festiuos, & uxoribus ueteratorie imponentes, quanquam alias Euclionem prodigiōse tenacē ac suspiciōsum faciāt.

¶ Quod si personam tractamus ab alio occupatam, ab ijs qui priores finxerint aut descripserint, decorum petendum est. Veluti si tractes Achillem acrem inexorabilem, simplicem, insensum regibus, insensum mendacibus, pedibus uelocem inducas oportet. Nam huiusmodi primus finxit Homerus. Rursum Ulysssem uasfrum, mendacem, dissimulantem, omnia tolerantem. Agamemnonem animo mitiore, sed imperij cupidum, timentem populum, uoluptatis auidiorē quàm belli. Hectorē animo sublimi mortis & auguriorum negligentem, patriæ oīa posthabentē.

Alacm

Aiacem factis magis quàm oratione strenuum, contumelie ac repulse impatiẽtem. In summa, ut cuiusq; personã finxit Homerus, ita Tragiã poetæ inducant oportet. Item si quis Iulium Cæsarem, Fabium aut Camillum, aut Timonem, Socratem, Platonem, Epicurum cupiat effingere, ex historijs decorum petendum est. Quod exerãtationis genus placuisse uidetur ijs, qui Menelai, Phœniãs, Achil-
lis, Phalaridis, Bruti, Senecæ, ac Pauli epistolas & orationes finxerunt. Idem spectandum erit scribenti dialogos, quibus personis quem tribuat sermonem.

¶ Cæterum decorum, quod est in fictis personis. Veluti si philosophiam producas vultu constanti & auctoritatis pleno. Musas simplices ac blandiores. Gratias iunctas ac zonis solutas. Iusticiam rectis atq; immotis luminibus, cæteraq; huius generis. Id à rerum natura, ad quas alluditur, oportebit sumere. ¶ Est quoq; decorum in apologis, quod nemo recte tuebitur, nisi naturas animalium cognitas atq; animaduersas habeat. Ut sciat docilem ac religiosum elephantum. Delphinum Crocodilo inimicum, homines amantem. Aquilam in subliminidum ponere. Sarabeũ stercorea ex more protrudere. Nec uideri temporibus quibus incubant aquilæ. Cassitam in segetibus oua ponere. Atq; hæc quidem, hisq; reconditor a facile petuntur ex Aristotele Plinio, Aeliano. Tractatur & hoc genus etiam ab oratoribus. Porro duriores sunt apologi, qui rebus inanimis, ut arboribus aut saxis sermonẽ

attribuunt. Sed oratorum magis peculiare sunt illæ.
 προσωπογραφίαι quoties suis æu coloribus certa ho-
 minis p̄sona depingitur, idq; eatenus, quatenus ad rem
 propositam attinet. Quæadmodum apud Salustium Ca-
 tilina, apud Liuum Annibal, apud Plinium Traianus.
 Rarius enim inãdunt, sed tamen inãdunt illæ formariũ
 effictiones. Quod genus sit, Si quis mulierem formosam
 omnibus ferme numeris exprimat, aut contra deformem
 animum. Quæadmodum Thersiten effinxit Homerus, &
 græcorum multos proæres è mœnibus Helena Priamo
 fãsitanti indicat, & hunc imitatus Maro in sexto com-
 plures Romanos describit. Ad hanc formam præpue
 pertinet schema Διαλογισμός id est sermo inatio,
 quoties uniuersum sermonem accommodamus, ætati, generi,
 patriæ, uitæ, in silituto, animo, moribusq; congruentem.
 Nam huiusmodi sermones in historia licet effingere. Vnde
 de tot Thucydidis, Salustij, Liuij, orationes effinguntur,
 & epistolæ, & apophthegmata. Demũ & cogitationes,
 uelut hominis secum loquentis, quanquam hoc poetis fã-
 miliarius. Ille proprie προσωποπικία, nomen nũ-
 rentur, quoties personam hominis procul absentis, aut
 iam olim defuncti, loquentem fãimus, seruato decore.
 Quod genus sit. Quid si nũc reuiuiscant prisã illi huius
 urbis optimates, uiderentq; temporum horum mores,
 nonne in has uocês erumperent? Deinde subiãdenda ora-
 tio. Quid si nunc adesset proauus ille tuus, nonne merito
 his te

histe uerbis obiurgaret? Quid si redeat in hanc lucem Camillus, nonne iure his uerbis nobiscum agat? Et iam mihi uideor audire illum sic mecum loquentem. Et fingite Platonem ipsum, ad hunc modum uobiscum ex postulationem. Verecundiores sunt huiusmodi prosopopœiæ, cum ea loquentes fingimus, quæ uerisimile sit eos esse dicturos, si adessent. Duriores autem, sed tamen etiam in seriis orationibus, nedum in exortationibus adhibendæ, si quando rerum grauitas postulabit, quoties naturam, aut rempub. aut prouinciã, aut patriam loquentem facimus. Ut in Catilinam fecit Cicero. Quæ etiam Catilina & quodammodo tacita loquitur. Rursum. Etenim si patria, quæ mihi uita multo est charior, si aucta Italia, si omnis respub. sic loquatur. M. Tulli quid agis? & Socrates apud Platonem in Critone leges secum disputantes induat. Huius generis est, quoties dijs ipsis, aut locis, aut alijs mutis rebus orationem accommodamus. At eæ, quæ propriæ προσωποποιήσι uocantur, metaphoris similibus, & collationibus sunt illustriores. Cuius generis apud poetas magna uis est.

¶ Loca descriptio.

¶ Locupletatur oratio locorum quoq; descriptiõibus, quas Græci τοπωγραφίαις appellant. Ab his frequenter narrationũ sumitur exordũ. non a poetis modo, uerũ etiam ab historicis, & apud oratores nonnunq; incedunt.

Huius gene-

Huius generis est quoties tota loci facies, ueluti spectanda de pingitur. Vt urbis, montis, regionis, fluminis, portus, uillæ, hortorum, amphitheatri, fontis, specus, templi, lucus. Quæ si ueræ sint, τοπογραφία appellari uolūt. Sin fictæ, τοποθεσία. Priores formæ sunt. Carthaginis & portus apud Maronē descriptio, apud Pli. in epist. Laurentis uillæ, apud Statium Surrentinū Pollij, & Tiburtinum Manlij Posterioris, sedes somni apud Ouidiū, Domus famæ & regia Solis, apud eundem. Inferorū & Cæi domus, apud Virgiliū. Tenari apud Statium. Domus apud Lucretium. Regia Psyche apud Apuleium. Ad prius genus referendum arbitror Vesuij montis incendium, à Plinio minore descriptum. Aetnæ ardentis, apud Claudianum. Tum si quis Nilum aut antrum Sibyllæ, arcus atque id genus alia descriperit. Quæ quo sunt magis noua, hoc plus adferunt uoluptatis, & diutius licet immorari, modo omnino non sint aliena.

¶ Temporis descriptio.

¶ Porro temporis descriptionem χρονογραφία appellant. Vnde non raro narrationis sumitur initium. Nonnunquã delectandi duntaxat gratia adhibetur. Veluti quoties poetæ diem, noctem, auroram, aut crepusculum exprimunt. Quanquam ne hæc quidem omnino omissæ debent adhiberi. Quod genus est illa Virgiliana Nox erat, & placidum arpebant fissa soporē Corpora, per terras syluæq; & seua quierant Aequora, cum medio uoluntur

uoluntur sydera lapsu. Cum tacet omnis ager, pecudes,
 pictæq; uolucres. Quæq; lacus late liquidos, quæq; aspe-
 ra dumis Rura tenent, somno posita sub nocte silenti. Le-
 nibant curas, & corda oblita laborû. Pertinet enim hæc
 descriptio nocturnæ quietis, ad amplificandum Didonis
 dolorem, qui ne tum quidē conquiescebat, cum omnia cæ-
 tera quietem agerent. Nam mox sequitur. At nō infœlix
 animû Phœnissa nec unquam Soluitur in somnos.

¶ Veris, hyemis, autumnû, æstatis, uindemiæ, iustitiæ,
 saturnalium descriptiones ad hoc genus pertinent, quæ
 sepe numero ualent & ad probationem. Mixtæ sunt il-
 læ, quoties temporû qualitatem exponimus, puta pæs,
 belli, seditionum, factionum, monarchiæ, democratiæ. Si-
 mul cum ostendimus, quæ uirtutes, aut quæ uitia tum ma-
 xime ualuerint. Hæc quidem singulatim tractare conue-
 niet nonnunquã exercendi ingenij gratia. Verum absolu-
 ta descriptio ex his omnibus constat. Nam Horatius in ea
 quam modo atauit satyra, primû locum exquiliarum de-
 scribit, deinde tempus, præterea Priapi ac maleficarum
 personas, postremo & sacrificiû, & fugam territarum
 iure exprimit.

¶ Egressio, sexta locupletandi ratio.

¶ Superioribus affinis sexta locupletandi ratio, quam
 græci $\pi\alpha\rho\epsilon\kappa\beta\alpha\sigma\iota\nu$, latini partim egressionem, alij di-
 gressionem, nonnulli excursus appellant. Ea est, de fini-
 tore Quintiliano, aliaui rei, sed ad utilitatē causæ perti-
 nentis,

mentis, extra ordinem excurrentis tractatio. Adhibetur autem uel laudandi gratia. Qualis est apud M. Tullium pro L. Cornelio, popularis illa uirtutum Cn. Pompei commemoratio, in quam ille diuinus orator (nam Fabij uerbis utar) ueluti nomine ipso ductus, cursus dicendi tenebatur, abrupto quē inchoauerat sermone, diuertit. Aut uituperandi, aut ornandi, aut delectandi, aut præparandi. Sumuntur autem ex iisdem ferme locis, quos modo retulimus. Ab expositione rerum gestarum. A descriptione locorum regionum, personarum. Item attractatione fabularum apologorum. Præterea à locis communibus, quoties amplificandæ rei gratia, in gloriã, in luxuriam, libidinem, auaritiam, turpem avaritiam, tyrannidem, iram, ac reliqua uitia diamus. Atq; his, causa uelut aliquantisper omissa, diutius immoramur. Aut contra, quoties frugalitatem, liberalitatem, continentiam, studia literarum, pietatem, taciturnitatem, laudibus efferrimus. Hi tantum momenti habent ad copiose dicendum, ut clari aliquot auctores eos ex professo tractauerint. Sunt et illi loci communes his non dissimiles quoties libertatis commoda ponimus ante oculos, contra seruitutis incommoda, Mutabilitatem fortunæ, mortis æquam omnibus necessitatem, quantum ualeat pecunia in rebus mortalium uitæ humanæ breuitatem, atq; id genus innumera describimus.

¶ Porro longius immorari licet excursibus, uel in initio dictionis. Qualis illa Herculis Galliã, & Lanuarum descriptio.

descriptio. Vel in fine, quo iam fessus recreetur auditor. Quemadmodum in georg. fere facit Vergi. In medio, si quando digredi libebit, ælerius eo redeundum, unde digressus sis, nisi pars causæ iam absoluta digressionis an- sam præbebit. Veluti post narratâ causam, quo ad sequen- turam argumentationem auditor reddatur alacrior. Aut post probationem, siue omnino post locos inamœniores, quo tædiū sublimitatis disatiatur. Aut nisi res ipsa locos huiusmodi sua pte sponte offerat, qui inuent ad diutius immorandum.

¶ Septima ratio.

¶ Septima locupletandi ratio sumitur ab Epithetis. Diomedes epitheton facit speciem Antonomasiæ, finitq; hunc in modum. Epitheton est præposita distinctio pro- prio nomini aut ornandi, aut destruendi, aut indican- di causa. Ornandi ut diua Camilla. Destruendi, ut scela- rumq; inuentor Vlyses. Indicandi, ut Larissæus Achil- les. Sumuntur epitheta ab animo, ut Plato philosopho- rum sapientissimus. A corpore. Thersites grecorum om- nium deformissimus. A bonis externis, neque id sim- pliater, nimirum ab omnibus partibus bonorum, quæ pa- fia sunt à fortuna. A genere, ut Mœcenas generosissi- mus. Ab opibus. Cræsus regum opulentiſſimus. A for- ma. Nireus formosissimus. A uiribus. Milo athleta fortissimus. A patria. Vlyſſes Ithacensis. Ab actu. Mon- strorū domitor Hercules. Ab euentu. Bis capti Phryges. In summa, ab omnibus fortunæ cōmodis, aut incōmodis.

Neq; re

Neq; refert an hæc epitheta sint adiectiua nomina nec ne, modo quocunq; pacto proprietas quædam attribuitur, non personis tantum, uerum etiam rebus. Vt præceps uuenta, præceps & amens consultor amor, esca malorum uoluptas, morosa ac difficilis senecta, uitiorum expultrix philosophia, humane uitæ speculum comœdia, uitæ magistra historia. In poematis licet naturalibus epithetis uti, ut Candida nix, liquidi fontes, frigida nox, uolubilis annis, aureus sol. In oratione prosa non oportebit adhiberi, nisi emphasim quandam habeant, & ad rem propositam pertineant. Vt non impetrabis causam tam iniquam ab Aristide iustissimo. Et coram Catone seuerissimo morum censori, audeas agere floralia? Id potissimum fiet in citationibus exemplorum, aut sententiarum. Aristarchus eruditissimus, & idem diligentissimus.

¶ Octaua ratio.

Octaua dilatandi ratio sumitur à circumstantiis, quas græci περιστασεις uocant. Eæ partim sunt rerum, ut causa, locus, occasio, instrumentum, tempus, modus, atq; id genus aliæ. Partim personarum, ut Natio, patria, sexus, ætas, educatio, & disciplina, habitus corporis, fortuna, conditio, animi natura, studium, antea acta commotio, consilium, nomen. Couduat autem ad multa circumstantiarum aptus ac tempestiuus usus. Primum ad amplificandum atq; extenuandum, de quo mox pauca dicturi sumus. Deinde ad euidenciam, de qua paulo ante diximus. Præterea ad confirmationem & probabilitatem. Facit enim
ut tota

ut tota oratio densis ac crebris argumentis undiq; differ-
ta sit & communita. Quæ tametsi non explicæ, quasiq;
in adem educas, tamen pugnant per sese causamq; nõ me-
diocriter adiuuant. Vt quemadmodũ, licet aliud agentẽ
tamen agnoscere liceat, palestricæ aut musicæ peritum,
ita ubiuis ex huiusmodi circumstantijs commode suo loco
admixtis, rhetorẽ intelligere possis. Quod quoniã p oẽm
orationem fufum est, exemplo breui ostendi nõ potest.

¶ Nona dilatandi ratio.

Nona dilatandi ratio constat amplificatione. Eius com-
plures formæ referuntur à Fabio. Nos eas breuiter attin-
gemus, quæ ad præsens pertineant institutum. Prima am-
plificandi ratio constat incremento. Quoties gradibus ali-
quot peruenitur, non modo ad summũ, sed interim quod-
ammodo supra summum. Huius exemplum est apud M.
Tullium in quinta in Verrem actione. Faænus est unære
aue[m] Romanum, sælus uerberare, parricidium necare.
Quid dicam in crucem tollere? Verbo satis digno tam ne-
faria res appellari nullo modo potest. Ad hoc genus per-
tinet & illud, cum congestis ordine quodã circumstantijs
in cõtextu, & cursu semper aliquid priore maius insequi-
tur. Huius exemplum est in secunda Ciceronis Philippi-
ca de uomitu Antonij. O rem non uisu modo fœdam, sed
etiam auditu. Si inter coenam in tuis immanibus illis poau-
lis, hoc tibi acci disset, quis non turpe duæret? In coetu ue-
ro populi Romani negoãum publicum gerens. Magister

equitum, au ructare turpe esset, is frustis esculentis, uinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Hic singulae uoces incrementum habent. Etenim per se deforme fuerat, uel non in coetu uomere, in coetu etiam non populi, etiam non Romani, uel si nullum negotium genereret, uel si non publicum, uel si non magister equitum. Hec si quis diuidat ac circa singulos gradus immoretur, augebit quidem orationis copiam, tamen minus efficaciter amplificabit. Huic contraria est comparatio. Nam ut incremento ad superiora tenditur, ita comparatio a minoribus incrementum petit. Fit autem comparatio uel fictione uel exempli collatione. Fictione quam uero *ὁ θεὸς ἰν'* uocat, ut in prima parte exempli, quod modo retulimus ex Cicerone. Eiusdem est illud in Catilinam. Serui me hercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes tui, domum meam relinquendam putarent. Collatione exempli, quoties propositio uelut simili exemplo efficiamus, ut id quod exaggeramus, aut proximum illi, aut par, aut maius etiam uideatur. Velut Cicero pro Cluentio cum exposuisset Milesiam quandam a secundis haereditibus pro abortu pecuniam accepisse. Quanto est inquit, Opianicus in eadem iniuria, maiore supplicio dignus. Si quidem illa cum suo corpori uim attulisset, se ipsam cruciavit. Hic autem idem illud esse aut per alieni corporis cruciatum. In hoc genere non solum tota totis, sed etiam partes partibus comparantur, sicut hoc loco. An uerouir amplifimus Sapius. Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem

tem Rempub. priuatus interfeāt? Catilinam orbem terra cede, atq; incendio uastare cupientem, nos consules pferemus? Hic & Catilina Graccho, & status Reip. orbiter terrarū & mediocris labefactatio cedi & incendijs, & uastationi, & priuatus consulibus comparatur. Quæ si q̄s dilatare uelit, plenos per singula locos habeat. Amplificamus & ratioanatione, cum aliud crescat, & aliud augetur, hoc modo. Tu istis fauābus, istis lateribus, ista gladiatoria totus corp̄is firmitate tantū uini in Hippie nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu uomere postridie. Colligitur enim quantū uini biberit Antonius, qđ illa totus corp̄is gladiatoria firmitas non quierit ferre, & concoquere. Ad hanc formam referendū est, quoties res atroāssimas quasq; in summā ipsi extulimus inuidiā, eleuamus consulto, quo grauiora uideantur, quæ secutura sunt. Quod genus est illud Ciceronis. Leuia sunt hæc in hoc reo. Metum uirgarū Nauarchus nobilissimæ ciuitatis prædō redemit. Humanum est. Atroāssimum quiddā expectetur necesse est, cui hæc quæ sunt atroāda, comparata, humana, atq; usitata uideantur.

¶ Amplificamus et congerie uerborū, ac sententiarū idē significātū, q̄ ratio finitima est figuræ συναθεσις μῦθος de qua prius dictū est. Vtitur hac M. Tullius in actione p̄ Ligario. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat, q̄ sensus erat armorū tuorū? q̄ tua mēs? oculi, manus,

ardor animi? Quid cupiebas? quid optabas? Hic uelut dæruo creuit oratio. Idem fit interim omnibus altius atque altius insurgentibus. Vt in hoc exemplo. Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors, terrorq; sociorum, & auuum Romanorum licitor Sextus. ¶ Amplificamus etiã quasi correctione quadã, ut Cicerò in Verrem. Non enim furem, sed raptorem, non adulterum, sed expugnatore pudicitie, non sacrilegum sed hostem sacrorum religionumq;, non sicarium, sed crudelissimum carnificem auuum sociorumq; in uestrum iudicium adduximus. ¶ Totidem aut sunt minuendi modi, quot sunt amplificandi. Pertinet ad orationis copiam, & illi uulgares amplificandi modi, cum uel aduerbijs, uel nominibus uel alijs partibus appositis amplificamus, uel in laudem, uel in uituperium. Maiorem in modũ me Cicerò delectat. Diã non potest q̄ tibi faueat socius. Verbis consequi nequeam quã me delectet Cicerò. Verum de his augendi rationibus superius diximus. ¶ Notus & usitatus est & ille modus amplificandi, cum speciem augemus generi collatam. Vt cum oēs discipline liberales plurimum homini conãliant uel ornamentis, uel commodis, tum in primis eloquentia. Quamquam hanc quoq; rationem superius attingimus.

¶ Deãma dilatandi ratio.

Deãma dilatandi ratio inde sumitur, ut quã maximũ propositionum numerum reperiamus. Est aut propositio rhetorica, cui probandæ adhibentur argumenta. Porro quemadmo

quemadmodū inuenienda sit propositio. Fabius negat arte cōprehendi posse, ceterū ingenio atq; usu constat ea facultas. Atq; inde fit, ut cum plures eadē didicerint, generibus argumētōrū similibus utantur, alius tamen alio plura quibus utatur inueniat. Sumuntur autē propositiones partim ex hisquæ sunt vulgaria, partim ex hisquæ sunt propria causæ. Exemplū sit hoc, qđ placuit Quintiliano. Cū Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas, quibus centū talenta mutuo Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Eas tabulas, qđ esset usus cōmilitio Thessalorū, donauit his ultro. Postea restituti à cassandro repossunt Thebani Thessalos. Res apud Amphictyonas agitur. Centū talenta credidisse eos cōstat, & non reāpisse. Lis oīs ex eo, qđ cas Alexander Thessalis donasse dicitur, pendet. Constat & illud, non esse ijs ab Alexandro datā pecuniā Thebanorū. In hoc igitur argumento huiusmodi propositiones ac partes, ceu columnæ reperiendæ sunt. Prima pars erit. Alexandrū nihil egisse donando. Secunda, non potuisse donare. Tertia, non donasse. Ac primæ quidem partis, prima erit propositio p Thebanis, iure repeti licere qđ ui sit ablatū. Pro Thessalis hæc erit tabulas non simpliciter ui qualibet, sed bello sublatas esse. Ius autē belli plurimū ualet in rebus humanis. Hoc regna, hoc populos, hoc fines gentiū atq; urbiū contineri. Huic rursus aliā ppositionē opponunt Thebani. Non oīa in uictoris potestātē uenire iure belli, sed in his quæ in iudicium de-

*d*ia possunt, nihil ualere ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeant, non esse iudicē. Vbi iudex sit, nihil illa ualere. Atq; ea qdē è causse are constantijs sumitur, qbus ostendi potest qd hæc caussa distet à cæteris. Ad huius aut cōfirmationē sumitur à locis exemplū simile. Ideo captiuos, si in patriā suā redierint, liberos esse, qā bello parta, nō nisi eadē ui possideantur. Tertia p Thebanis ppositio ducatur, et ipsa ex causse p prijs. In eo iudicio potissimū esse spectandā æquitatē. in quo Amphictyones iudicent. Aliā enim apud antūuiros aliā apud iudicē priuatū, in eisdē quæstionibus esse rationem. Atq; hæc quoq; è ualent, ut appareat hāc causam distare à cæteris, in qbus ius belli ualere debeat. Porro secunde partis p Thebanis ppositio fuerit. Non potuit donari à uictore ius, ppterea qd id demū uictoris sit qd teneat, ius cū sit incorporale, apprehendi manu non posse. Rursum ad huius probationē adhibetur argumentū à dissimili. Aliā esse conditionē hæredis, aliā uictoris. Ad illum ius, ad hunc rem transire. Iam ex causse p prijs altera sumetur ppositio, superiori uelut subseruiens, Nempe hæc, ut donemus ius alias ad uictorē trāsire, certe ius publici crediti ad uictorē trāsire nullo modo potuit. Propterea si qd populus credidit, id oibus debeatur. Et quādiu unus supersuerit, is sit totius summæ creditor. At Thebanos non oēs in Alexandri manu fuisse, Atq; hæc qdē nō eget pbatōibus. Tertie partis uulgaris propositio erit huiusmodi.

huiusmodi. Non donauit Alexander cum tabulas donaret, neq; enim in tabulis esse ius. Eaq; propositio multis argumentis defendi potest. A simili, Neq; enim quisquis hereditatis habet tabulas, idē hereditatis habet ius. Et si forte creditor tabulas amiserit, non continuo liberatur debitor. Altera ppositio coniecturalis est. Alexandrum non hoc animo donasse Theſſalis tabulas, ut honoraret, sed ut deaperet. Eaq; uarijs coniecturis erit probanda. Tertia iam non proprie ad hunc gradum attinet, sed est ueluti nouæ cōtrouersie initiū. Sumitur autē ē ppris matērie. Estq; huiusmodi. Vt oīa donemus Theſſalis. Ius belli ualere in iudicijs, & apud hos iudices, & in publico credito, atq; itē de ceteris. Tamen si qd amiserit Thebani ab Alexandro uicti, id à Cassandro restituti recipint oportet, maxie cū id uelit Cassander. Itē si qs suadeat M. Tullio, ne cōditionē ab Antonio oblatā accipiat. Nempe ut uuat exustis Philippicis, his ferme ppositionibus poterit uti. Non esse auquā egregio uiro tanti emendā ut amittat immortalē famā amittat. Huic generali subscriuet particularis, ē ācircūstantijs sumpta, psertim Ciceroni, q tot laboribus clarissimū semperq; uicturū nomen sibi pererit ac mortē esse cōtemnēdā tot pclaris uoluminibus editis facundissime demonstrarit. Maxime cum iam seni non multum æui superesse uideatur. Rursum altera sumetur ācircūstantijs. Nihil infœliū esse quā debere uitā Antonio. Tertia cōiecturalis erit, Callide hoc

agere Antonium, ut exustis prius Philippicis, in quibus intelligat & suam infamiam sempiternam, & Ciceronis immortalis gloriam esse sitam. Deinde erepta uita quoque totum extinguit Ciceronem. Item si cui matrimonium dissuadens, his licebit uti. Prima fuerit, si pietatem spectes, matrimonium est impedimento properantibus ad CHRISTVM. Secunda, si uita & iucunditate, innumeratas curas secum adducat, & foelix coniugium. Atque hic protinus aperit se latissimus campus de comparatione commodorum coelibatus, & incommodorum matrimonij. Tertia si libertatem quam multi & uitae anteponunt, hanc in primis admittit coniugij uinculum. Deinde ad particulares uenies, quae possunt esse innumerabiles. Vt non haec duenda est, non hoc tempore. Aut tibi non est duenda uxor, pauperi, seni, studioso, ualeudinario. ¶ Crescat autem numerus propositionum etiam hoc pacto, quoties a fictione incipimus. Quemadmodum pro Milone Cicerone. Fingite a Milone per insidias occisum Clodium, tamen qui ciuem tam pestilentem pro salute Reipublicae periculo capitis sui sustulerit e medio, summis etiam honoribus dignus uideatur. Deinde ad seruum accedit, sed non occidit. Crescat item quoties praeparandi causa duriorē aliquam propositionem extra rem positam praemittimus, quo mollior uideatur ea, quam conamur euincere. Veluti si quis in consultatione persuadere cupiens, ne Romanus pontifex Venetos bello adoriatur, iuxta Puerbum, quo dicitur. Iniquum esse petendum, ut aequum seruas,
Sic rem

Sic rem prius labefactet. Sunt authores nequaquã con-
 temnendi, qui putent imperium, ac prophanam ditionem
 nequaquam conuenire, neq; dignitati Summi Pontificis,
 neq; trãquillitati ecclesiæ, neq; Christianæ pietati, cui uni
 rebus omnibus neglectis, ille debet consulere. Atq; hæc
 propositio, uelut obiter ex abundanti plurimis argumen-
 tis probari poterit. Deinde ad alteram descendet, ad hũc
 modum. Hæc quidem atq; huiusmodi multa, alius fortas-
 se diceret, uerum donemus conuenire, tamen longe alie-
 num est à clementia CHRISTI uicem gerentis, qui di-
 xit. Disãte à me, quia mitis sum, & humilis corde, huius-
 modi primãpatum armis, tumultu, cæde sanguine repe-
 tere. Post ad tertiam ueniet, ut maxime fas sit, tamen pa-
 rum est tutum, propterea quod anceps euentus belli. Vn-
 de periculum sit, nedum temporarijs ac fluxis rebus ec-
 clesiæ statum restituere conatur, penitus subuertat, atq;
 id quoq; compluribus exemplis ac similibus confirmari
 potest. Deinde digredietur ad tertiam hoc pacto, ut dece-
 at, ut liceat, ut uincas, tamen tanta malorum colluuiẽs eti-
 am bellum iustissimum consequitur, ut non tanti uel pro-
 phano primãpi modo Christiano, debeat esse terras aut ur-
 bes aliquot ferro repetere. Nedum ei, qui sanctissimi titu-
 lum præse fert. Posset adijã & hæc propositio è arcana
 stantijs personæ. Vt alium pötificem deceat, Iulium tamẽ
 non deceat. Si is sit Iulius, cuius mite ingenium, & singula-
 ris uita sanctimonia, à bello uideatur abhorrere. Quæ

postquam argumentis probarit, tum ad id de quo proprie consultatur, descendet hac ratione, ut nihil horum nos deterreat, quæ commemorauimus, tamen in presentia bellum cum Venetis suscipere parum esse consultum uideatur. Et hæc à circumstantiis sumitur. Atque hanc propositionem rursus diuidet. Primum quod sine summo rei Christianæ discrimine bellum id moueri non possit. Deinde quod Sedes Romana, apud quam pie factis, semper summa fuerunt præmia, parum meminisse uidebitur officiorum, quæ se penumero ea gens summo cum uitæ discrimine in Christianam contulerit religionem. Postremo, quod ne causa quidem idonea est, cur etiam aduersus nihil com meritos, arma incuere oporteat. Nisi quis has non propositiones, sed rationes esse malit. Item si quis persuadere studeat regi cuiuspiam, ne bellum suscipiat cum Christianissimo Gallorum rege, huiusmodi propositionibus munire uiam ad causam poterit. Primum bello conflictari, non esse hominis ad beneuolentiam nati, sed brutorum animantium, quibus natura arma quædam addidisse uidetur. Huic subseruiet altera propositio. Immo nec omnium animantium, sed ferarum duntaxat. Rursus huic tertia subseruiet. Atque adeo ne feræ quidem hoc pacto inter se dimicant, quo mortales. Neque enim tigridi cum tigride bellum est, neque leoni cum leone. At homo non in aliud animal æque seuit atque in hominem. Tum feræ non certant nisi aut tuendi fetus causa, aut fame in rabiem actæ. Hominem inanis ambitio,

de tituli nefario qui leues & affectati, ad tam sanguinolenta bella conātant. Huic iam succedet tertia, quasi nouus gradus. Vt hominū sit bellare, certe barbarorū, ac feris non admodum dissimilium, non eorū qui legibus uiuunt. Ad de quartam. Vt horū etiam sit, haudquaquā tamen Christianorum. Quandoquidem Christiana religio nihil aliud est quā pax. Licet adijcere quādam. Vt deceat, nō expedire tum bellum suscipere, quod omnibus pensitatis, multo plus malorum est, quæ belli causa suscipiuntur, quā bonorū, quæ uictor etiam consequatur. Id iam contentione erit explicandum. Sexta quoq; reperietur. Vt expediat, non tamen esse tutum, & anapitem esse belli exitum. Neq; enim semper uincere, quorum melior est causa, aut qui superant apparatu, ipsas etiā copias in suū ducem nonnunquā arma uertere. Atq; hæc quidem propositiones generales sunt. Tum ad particulares uenire licet, quæ sumentur à circumstantijs. Vt omnia mittamus, tibi non est belligerandū. Atq; hæc in multas diuidi pōt. Vel q̄a pueres, et belli imperit⁹, uel q̄a nouus rex. Atq; item de cæteris. Nam exempla rationū dūtaxat ostendo. Rursum, non cum hoc rege bellandum, tam potente, tam de patre tuo benemerito, tot uinculis tibi adstricto, tām te ipsum etiā officioso. Aut nō hoc titulo, non hoc tēpore, nō his præsijs. Ad eundē modū. Si q̄s susurus aliau, ne lr̄is gr̄as det operā, primū hanc tētabit, ppositionē. Aut nō magnope ad Christianā fœliatē ullas lr̄as p̄tinere,

nere, aut etiã offiãre eas. Vbi pbabilẽ effeãerit argumen-
tis, Tum ad rem ueniet hoc pacto. Vt demus esse caussam,
cur literis cãteris operam demus, ærte à grãas abstinen-
dum, uel quod tantum habeant negotij, ut his per discen-
dis uita mortalium alioqui fugax ac breuis & imbecilla nõ
sufficiat. Vel si ætas maxime sufficiat, non tantum adfe-
rũt fructus, ut operæpretum sit eas etiam mediocribus
laboribus parare. Postremo grãa subuersa & oppres-
sa fortunam comitari fato quodam eos quoq; qui literis
huiusmodi sese dediderunt. Aut si alijs discendã sunt, illi
æerte nõ esse discendas. Quæ iam è arcũstantijs sumitur,
cuiusmodi plures sumi possunt. In huiusmodi propositio-
nibus, illud obseruãdum arbitror, ut quoad fieri potest,
ita disponãtur ut à priore ad proximã quanq; quasi gra-
dibus commode liceat descendere. Quæ quidem in re mi-
rus est Luãanus, ut in Tyranniãda, quem nos latinũ feã-
mus. Si tantum conatus essem factus tam egregium, cum
tanto capitis discrimine, iam præmio dignus eram, Dein
de hinc digressus. Atqui non tentavi solum, uerum filium
repulsis custodijs occidi, num premium feram? Hinc rur-
sum discens. At patrem quoq; sustuli, data mortis oc-
casione. Item in Abdicato, quem ipsum quoque latinum
feãmus. Non licet abdicare, quẽ semel abdicatum denuo
in familiam reãperis. Tum si maxime liceat, ob istam ta-
men caussam non licet. Postremo si caussa maxima sit ido-
nea, tamen ea est magnitudo superioris beneficij, ut eius
respectu

respectu negligenda sint delicta patri. ¶ Qd' si turba propositionū nos offendet, tribus aut quatuor uniuersam causam complectemur, ac deinde in tractando unā quāq; si uidebitur, in alias propositiones digeremus. Summas illas nonnunquā in diuisione proponimus, nonnunquam in ipsa tractatione, ab alia ad aliam, ueluti gradibus quibusdam descendimus. Aut si natura parum inter se cohærebunt ipsi cōmodis transitionibus in hoc repetitis apte connectemus. Nam affectanti copiā, in primis illud erit spectandum, ut eas reperiatur propositiones, quæ quicquid ad causam ptineat, absolute complectantur. Deinde ut recte diuidantur. Postremo ut ordine quam maxime ad causam idoneo disponātur. Siquidem eo pacto fiet, ut neq; copia rerum confusa sit oratio, dum semper habet auditor certum aliquid, & in quod intendat animum, & quod meminisse possit, & quod expectet. Tum is qui diat, nusquam hæreat, dum in promptu est, quo sese recipiat in uiam. ¶ Sed propositionum inuentionem negat, ut dixi. Fabius arte tradi posse, cum ea tamen prior sit, tum difficilior. Verū adiuuabit principio, quod ubiq; ualet plurimū, natura & ingenium. Deinde iuris prudentia, præsertim in genere iudiciali. Philosophie moralis, historie, & plurimorū authorum cognitio, in genere susorior ac demonstratio. Postremo rerum plurimarum usus, exercitatio & imitatio. Nam ex similibus facile similia aut etiam diuersa colliguntur. Quāq; ex ipsa

ex ipsa rei natura vulgares Propositiones reperiri poterunt proprie ex circumstantijs rei diligenter expensis, Porro genus suaviorum proprios habet locos, unde propositiones petre liceat, Rectum, laudabile, utile, tutum, facile, necessarium, iucundum. Demonstratum item suos habet, nempe bonorum ordines, & quæ his deprehenduntur.

¶ Undecima ratio.

Undecima locupletandi ratio sumitur ex accumulatio-
ne copiosa probationum, & argumentorum, quas græci
πίσεις appellant. Nam ad eiusdem propositionis confir-
mationem variae rationes adhibentur, & rationes alijs
argumentis confirmantur. Probationes autem partim sunt
ἐν τεχνῶν, id est artificiales. Partim ἀτεχνῶν id est
ab arte semoti. Posterioris generis argumenta ducuntur po-
tissimū à præiudicijs, à rumoribus, à tormētis, à tabulis,
à iureiurando, à testibus. Prioris generis sumuntur pri-
mū ab his signis, quæ finitima sunt ἀτεχνῶν. Horum
alia sunt necessaria, quæ τεκμηρία uocantur. Alia non
necessaria, quæ σημεῖα dicuntur. Deinde ab argumen-
tis, nam hæc à signis distinguit Fabius, Quorū aliud est
credibile, aliud uelut propensius, aliud nō repugnans.
Ea plerunque ducuntur à circumstantijs, quæ quidem
duplices sunt. Personæ ac rei. Personæ ferme sunt hu-
iusmodi, Genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, ha-
bitus corporis, fortuna, cōditio, animi natura, studia, affe-
ctatio

Etatio antefacta, antedicta, commotio, consilium, nomen.
 Rei sunt hæc. Causa, locus, tempus, occasio, antecedentia
 rem, adiuncta, consequentia, facultas, instrumentum modus.

¶ Loca communes.

Sunt item loca generibus causarum omnibus communes
 Nam superiores, etiam si tractantur & alibi, tamen ad iudiciales controuersias, & in his quidem, coniecturales,
 sunt accommodatores. Ducuntur autem generaliter argumenta. A finitione, seu sine Etymologia, quæ finitionis cæ-
 spedes quædam est. Ab his quæ ad naturam definitionis
 pertinent. Genere, specie, proprio, differentibus, parti-
 tione, diuisione. Cuius uariæ sunt formæ. Ab exordio,
 summa & incremento. Ab inductione similium, dissi-
 milium. A contrarijs, repugnantibus, consequenti-
 bus. A relatiuis. A causis. Ab euentis. A comparatio-
 ne, quæ trifariam sumitur. A maiore. A minore. A pari
 A iugatis. Et ab ea quæ rursus pluribus locis est com-
 munis, fictione. A causæ proprijs. Plurimum autem ua-
 let ad probationem, atque adeo ad copiam, exemplo-
 rum uis, quæ græci $\pi\alpha\rho\rho\alpha\delta\epsilon\iota\rho\mu\alpha\tau\alpha$ uocant. Ea adhi-
 betur aut ut similia, aut dissimilia, aut contraria. Rursum
 aut ut maiora, aut ut minora, aut uti paria. Dissimilitu-
 do & inæqualitas constat genere, modo, tpe, loco cæterisque
 ferme circumstantijs, quas supra recensuimus. Hoc autem ge-
 nus complectitur & fabulâ, & apologum, prouerbis,
 iudicia, parabolâ, seu collationem, imaginem & analogiâ.

Præterea

Præterea si quasunt alia his similia. Atque horum quidam plæraq; solent adhiberi non solum ad fidem faciendam, uerum etiam, ad ornandam rem, ad illustrandam, ad augendam, ad locupletandam. Ergo si quis ex loais dictis magnam uim supellectilis colligere uolet, quantumlibet copiosam orationem poterit efficere. Neq; tamen erit inanis uerborum congeries, & uarietas excludet satietatem. Sed quemadmodum sint, uel inuenienda, uel adhibenda, id non est huius instituti persequi. Verum si quis desiderabit, ex Aristotele, Hermogene, Quintiliano petat licet. Qui diligentissime hisce de rebus conscripsere. Nos ea quæ pertinent ad copiam persequemur, sed pauca, ne librum, non commentarium scribere uideamur.

¶ Ergo ad parandam copiam, exempla primas tenent, siue deliberes, siue exhorteris, siue consoleris, siue laudes, siue uituperes. Et ut summam dicam, siue fidem facere studeas, siue mouere, siue delectare. Horum igitur uim quam maximam, maximeq; uariam comparare, & in promptu habere conueniet, ita uarie tractare oportebit. Varietas exemplorum ab ipso genere nonnunquam perpenditur. Sunt enim & antefacta & antedicta. Et publicæ gentium consuetudines in exemplis sumuntur, & à discriminibus authorum, puta ab historiis, à poetis. Et ex his à Comiis, Tragiis, Epigrammaticis, Heroicis, Bucolicis. A diuersitate nationum. Quod genus sunt. Alia Romanorum, alia Græcorum, Et inter Græcos, alia Lacedæmonios

ædæmoniorum, alia Cretensium, alia Atheniensium. Itē alia Afrorum, Hebræorum, Hispanorum, Gallorum, Anglorum, Germanorum. Rursum à temporis uaritate, Nam alia sunt prisca, alia mediæ antiquitatis, alia recentia, nonnulla etiam domestica. Præterea à qualitate rerum Nam quædam sunt militaria, quædam ciuilia. Et quædã clementer facta, quædã fortiter, quædã sapienter. Atq; itē de cæteris, nã id quidē est infinitū. Postremo è conditione personarum. Alia sunt primipum, iudicum, parentum, seruorum, pauperū, diuitū, mulierū, uirginū, puerorū. Hæc igitur ad unumqueng; locum plurima, uariaq; sunt adhibenda, non solum ex omni Græcorum ac Latinorū scriptorum genere collecta, uerum etiam ex barbaris animalibus. Demum è uulgi rumoribus. Mouent aut potissimum animos antiqua, illustria, nostrata, domestica, id est suam quæq; gentem, suum quæq; genus. Aut longe minora ut mulieris, pueri, serui, barbari.

¶ Quomodo tractanda sint exempla.

¶ Porrò non uariantur modo, uerum etiam augentur & crescunt tractatione. Cuius rationes aliquot indicabimus. Primum augentur commendatione. Ea plerunq; sumitur uel à rei, uel ab authoris laude, uel gentis, unde duatur exemplum. Veluti si quis Lacedæmonicum factum, aut dictum adhibeat, præfari poterit. Eam gentem sapientia, & rei militaris ac ciuilibus disciplina cæteris longe antecel-
luisse, & exemplis pulcherrimis semper abundasse. Si

N

quis

quis è Plutarcho àtabit exemplum, præsetur licèbit, eum authorè unū oīm esse grauiissimum. Quippe qui summā philosophiæ sciētā, cū historicorū eloquētia cōiunxerit, ut in eo non solū historiæ fidē, uerū etiā authoritatē, et iudiciū sanctissimi, doctissimiq; philosophi spectare oporteat. Item si q̄s M. Attilij Reguli ad hostē redeuntis exemplum uelit adducere, poterit ad hūc p̄loqui modū. Inter tā multa Romanæ uirtutis insignia decora nullū unq̄ factus pulchrius extitit, aut etiā laudatius, q̄ M. Attilij. Huusmodi cōmendatum alas licèbit effingere, uel longiores uel breuiores, ut aunq; locus postulabit. Affingendæ sunt autē quæ maxime sint ad id qđ agitur appositæ. Veluti si in exēplo desyderabitur fides, author à grauitate, fideq; cōmendetur. Si pium uideri uoles quod adfers sumatur à pietate commendatio. Atq; item de cæteris.

¶ **S**econdus modus locupletandi exempla.

Locupletantur itē exempla, si fusius aut latius explāentur, cum exaggerationibus atq; amplificationibus. Nā qui breuitati studebit, huic satis erit exemplum, cū notū uerbo significasse. Id quod facit M. Tullius pro Milone. Neq; enim possit ille Hala Seruilius, aut P. Nafica, aut L. Opimius, aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. At qui copiā affectabit, is id quod gestum sit, locupletius narrabit. Ita ut fecit in eadem oratione Cæro. Pudiciā cū eriperet militi tribunus militaris in exerātu C. Marij, propinquus eius. Imperatoris

toris ab eo interfectus est, cui uim afferebat. Et addidit e-
 piphonema, facere enim probus adulescens periculose q̄
 turpiter perpeti maluit. Atq; hunc ille summus uir scelerē
 re solutū periculo liberauit. Quāq̄ in his quæ ad ostēn-
 tationem parata sunt, licebit diutius exemplis locupletan-
 dis immorari, præcipue si res sit huiusmodi, ut aliqua
 uoluptatis illicebra retineat auditorē. Quod genus fue-
 rit, si quis persuadere studeat ad prudentiam comparan-
 dam multum conducere peregrinationes, multarum re-
 rum inspectionē, in Solonis laude aliquandiu cōmoratus
 & quā ciuitatē reliquerit, & quā ob causam, et quæ ma-
 ria transmiserit, & quas barbaras nationes, quo capitis
 periculo adierit, & quibus cū sit cōgressus, & quid mi-
 randū conspexerit, & quantum t̄pis abfuerit, & quanto
 illustrior simul ac sapientior in patriā redierit, fusius po-
 terit enarrare. Cuiusmodi ferme sunt exempla de Pytha-
 goræ atq; Apollonij peregrinatione, apud diuū Hiero-
 nymū in præfatōe, quā uniuersæ scripturæ diuinæ præ-
 ponunt. Sed huiusmodi rationis cōmodissimū exemplum
 est apud M. Tullium statim in primā pio secundi, de inuen-
 tione libri, de Zeuzide, qui Helenam picturus, uirgnes
 aliquot eximie formæ poposāt, ut ex singulis quod esset
 optimum eligens, absolutū formæ simulacrum ederet.

¶ De exemplo fabuloso.

Atq; eadem dilatandi contrahendiq; ratio locum ha-
 bet in fabulosis quoq; exemplis. Nam & fusius & con-

tractius exponi poterunt, si res ac decor patietur. Verū in his quæ omnino fide carent, nisi iocabimur præfari conueniet, à uiris priscis ac sapientissimis, ista non sine causa fuisse conficta, neq; temere tot iam seculis magno mortalium consensu fuisse celebrata. Deinde quid sibi uoluerint, interpretabimur. Veluti si q̄s psuadere uelit, non esse scetandum id, à quo natura quis abhorreat, dicet hoc ueteres illos, ac sapientes scriptores & perspexisse prudenter, & aptissimo figmento significasse, prodita gigantum fabula, quorum temerarij conatus infeliçter æsserint. Aut si q̄s pponat, hominē auarū tam non habere qđ habet, qđ id qđ non habet, præfatus adhibebit Tantali fabulam. Si pponas uiri sapientis esse munus, ut animi motus ratione iudicioq; coeræat, allegabit, qđ est apud Homerū primo li. iliad. de Achille, iam manū admovente capulo, & Pallade à tergo reuoçante. Item si q̄s pponat, uerā uirtutis laudē non parari, nisi qđ sit multis iactatus casibus, uarijsq; exeratus periculis, cum huiusmodi quam diximus præfatiōe, Vlyssēm adducet Homericū. Quanq̄ aut non ubiq; perinde obuia est allegoriæ ratio, tamen illud extra cōtrouersiam est, apud antiquitatis peritos, in oībus ueterū poetarū figmentis subesse allegoriā uel historicā, uel theologiam, uel physicā, uel morālē. Nonnunq̄ unū atq; alterū allegoriæ genus pmixtū. In quibusdam haud magni negocij est allegoriæ sensum deprehēdere. Quis enim non intelligit, nam de his quæ ad mores attinent,

magis

magis libet exempla ponere, Iari in mari delapsi figmentū admonere ne quis altius efferatur, q̄ p̄ sorte suas. Sic nimirum fabula Phactontis monet, ne quis munus administrandum suscipiat maius quā pro uiribus. Sic Salmoncus in tartara datus p̄ æps, docet non esse emulandum qđ longe supra fortunam nostram habeatur. Sic Marsyas excoriatus docet non esse certandum cum potentioribus. Quid aut̄ aliud sibi uult Danaes auro decepta fabula? nisi qđ & Flaccus interpretatur, nihil tam esse munitū, qđ non expugnetur pecunia. Nihil tam incorruptū, qđ non muneribus uitetur. Quid Herculis labores, nisi sudoribus, ac iuuandis alijs, famam immortalē parari? Quid Midæ uotum, nisi auaros & insatiabiles suis ipsorum opibus p̄ferari? Quid iudicium nisi dotibus ingenij cum pecunie studio nequa q̄ conuenire? Quid Bacchus a fulmine conflagrans, in Nympharum aquas iniectus, nisi uini ardorem, sobrio elemento restringendum esse? Quod græco etiā epigrammate testatum est. Quid immo et Circes fabula, ueneficijs homines uertentis in feras? nisi eos q̄ nequa q̄ ratione ducuntur, id quod hominis est p̄priū, sed totos sese dediderunt turpibus affectibus, iam p̄ter hominis uocabulum, nihil hoīs habere, sed ad peiudum degenerasse naturā, puta libidine in ursos, somnolentia ignauiq; in sues, feroatate in leones, atq; item de cōsimilibus. Quid Vlysses, q̄ solus poculo epoto, uirgaq; monstrosica passus, non est mutatus, nisi firmum illum &

constantē sapiētis habitū, qui nec frangi terroribus, nec ullis affectuum illectamentis ab honesto potest abduci? Quid Lothus semel gustata, iam non sinens abire foetos, nisi dulce blandumq; turpiū uoluptatū uenenum, à quo non admodum diffiale sit abstinere. Relinquere, postea q̄ gustaris, diffialimū? Quid Sirenum cantus, nisi assentationem, ut rē oīm blandissimā, ita & pestilentissimā? Quid Scylla & Charybais angusto inter sese discrimine distantes, nisi uirtutis uia angustā esse. Hinc atq; hinc finitimis instantibus uitijs, puta inter luxum & sordes frugalitatē. Inter quæ sic est moderanda uitæ ratio, ut quoniā mediū in oib; exacte tenere diffialimū est, eo potius uergas, ubi minus sit periculi. Quemadmodum fecit Ulysses. Quid moly radice nigra, sed flore lacteo herba, mortalibus inuentu diffialima, nisi sapiētā, ad quā primus aditus arduus est, ac sudoris plenus, fructus suauissimi? Quid item ramus ille aureus apud Maronē, nisi sapiētā in abdito sepositā, paucisq; deprehensam? Sed ne longiores simus huius generis interpretationum quantamlibet uim suppedabit Eustathius enarrator Homeri. Nos quoq; quondam adulescentes hisce de rebus nonnihil attigimus in libris quos inscripsimus ἄντιβαρεβάρουσ. Porro in hoc genere molliora sunt ea, quæ à poetis in hoc ipsum ficta constat. Velut quæ ad imitationē humanæ uitæ Dijs affingunt. Quod genus, cum Martē à Vulcano uinculis irretitum facit Homerus. Cū Iuppiter ἀγκυλομήτις emissio

somnia

*somnio spem inijāt capiendæ Troiæ, cum longe aliud ager-
 ret. Nā hæc regum ars est, quosdā rumores data opā in
 vulgus spargere cum multo aliud apud se destinarent.
 Atq; his etiā molliora, quæ sic à poetis celebrata sunt, ut
 ad historiā, nō ad fabulas possint referri. Qualis est Ore-
 stes parriā da, cumq; hoc Pyladis amicitia. Sunt enim qui
 rē gestā affirmant. Qualis Alæsis mariti mortē sua redi-
 mens. Cuius meminit etiā Val. Max. Item Codri ac Moe-
 neci mors, Q. Curtij, Dedorumq; factis annumeratur.
 Et inter amicorum paria Theseus & Pirithous, Castor
 & Pollux referuntur. Qualis uē Arion à Delphinore-
 uectus in patriā. Nā diuus Augustinus historiā autumat.
 Certe apud Vergilium, ac præpue Lucanum, non dubi-
 um quin plerāq; ad historiā pertineant. Quāq; & He-
 rodiū plerāq; fide carēt, & Xenophon Cyripediā
 magis ad exemplum institūēdæ uitæ, q̄ ad fidē historiæ
 scripsit. Quæ si pueris accipiantur, fide ualent. Sin pro-
 fictis, cum sint à sapiētissimis ac p̄batissimis authoribus
 p̄dita, hoc ipso ualent, qđ ab ijs cōficta sint, quorum au-
 thoritas præcepti uigorē obtinet. Contra sunt apud Poe-
 tas exēpla certæ atq; historica fidei, de Sāpione, de An-
 nibale, de Augusto, de Pōpeio, de Iulio. Sunt rursus alia
 quæ nullus infidias eat esse conficta. Sed quoniā constat
 in hunc ipsum usum esse conficta, & à magnis conficta
 authoribus, nimirum exempli pondus habent. Quo de
 genere sunt, Inuidia dea, fama, Atr, Lite, de quibus supra*

mentio facta est. Præterea personæ quæ in Dramma-
 tics, aut mixtis poematis induantur. Præsertim comœ-
 dijs, cum quibus Dialogi multum habent affinitatis. Ete-
 nim si quis suadeat cauendum esse parentibus, ne si qd pec-
 cent, testibus liberis peccent, nonne exempli uim habebit
 Clitpho in se se ipsum excruciantem, loquens ad hunc mo-
 dum. Perij, is mihi ubi adhibet plus paulo, sua quæ nar-
 rat facinora. Nunc ait periculum ex alijs facto, tibi quod
 ex usu fiet, astutus. Næ ille haud sât quâ nunc surdo nar-
 ret fabulâ. Aut si quis suadeat iuxta sapientis responsum
 equalẽ esse duendam uxorẽ, alioqui nõ uxorẽ duã, sed he-
 ram. Si pauper diuitem adiunxeris, non ne exempli uim
 habebit Chremes in Phormione. Nausistratã pinde
 ut dominam timens? Item si quis suadeat neq; firmã satis,
 neq; tutam pauperi cum opulētis esse amicitiam. Non ne
 pro exemplo ualebit Euclio in Aulularia Plautina, lo-
 quens ad hunc modum. Pauper Megadori diuitis depre-
 cans affinitatem. Venit hoc mihi in mentem &c. nam lo-
 cus notissimus est. Rursum ubi differas improbe facere pa-
 rentes, qui seuiunt in liberos delinquentes, cum ipsi se-
 nes peccent grauiora. Non ne recte citabitur modo dicta
 Nausistrata, loquens hoc pacto. Adeo indignum tibi uis-
 detur, filius homo adulescens si habet unam amicam. Tu
 uxores duas? Nihil pudet. Quo ore illum obiurgabis?
 Responde mihi. Sed ne ego ineptus, qui unum aut alte-
 rum exẽplum profero, cum tota comœdia nihil aliud sit,
 quàm

quàm humanæ uitæ simulacrum. Poteram item è Trægœdijs, æglogis, dialogis similes formas proferre. Sed in commẽtario abunde satis arbitror uiam ingeniosis indicasse. Equidem existimo exempla nõ solum de his quæ diximus, uerum etiam à mutis animantibus, atq; etiã inanimis recte sumi. Quanquã uidetur ad ὁμοιωσιον magis pertinere. Veluti si quis proposita, descriptaq; formicarum industria, ad rem labore parãdam adhortetur. Aut si quis exposita apum pollitia, homines ad legum ac disciplinæ ciuilis obseruationem extimulet. Aut si quis detestetur ingrattitudinem, adducto exemplo leonis, cuius ex Appione meminit Gellius. Et Draconis, qui nutritium à latronib⁹ obsessum eripuit, authore Plinio. Aut si reprehendens hominem ab amicitia alienum, qui nec amet ullum, nec à quoquam ametur. Delphini proferas exemplum, puerũ adamantis, aut Aquilæ uirginis amore flammantis, aut Magnetis ferrum ad se trahentis. Sed hiscẽ de rebus plura fortassis, ubi de parabola disputabimus. Nunc ad institutum.

¶ Tertius modus locupletandi exempla.

Dilatantur exempla utriusq; generis, hoc est tam fabulosa, quàm historica, præter iam dictos modos etiã parabola, quam eandem ὁμοιωσιον uocant. Cicerone collationem uertit. Tum comparatione siue contentione. Parabola est, cum accommoda similitudo, quod adductum est exemplum, ostẽdit aut simile esse, aut dissimile, aut contra

rium. Simile, ut Non aliter quàm Camillus rem Romanã à Gallis oppressam, & in extremam perniciem adductam, sua uirtute depulsis barbaris restituit, ita Laurētus Latinas literas, insātia fere barbarorum deprauatas, obrutas, extinctas, in pristinum nitorem uelut ab inferis reuocauit. Dissimile. Vt non par grata debetur Laurento & Camillo, propterea quod hic pietate adductus, capitis sui periculo patriam à Barbaris liberauit. Ille fame cupiditate cōmotus, uel potius quã plurimos taxandi libidine, linguam latinam nō oppressam restituit, sed ad certas quasi leges redegit, quæ felicius ex eloquentium authorum lectione discabatur. Item Brutus occidit liberos, peditonem molientes. Manlius uirtutem filij morte multauit. Contrarium Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit. Verres eadem socijs abstulit. Pugnant enim restituere, cum auferendo, hostes cum socijs. Et apud Vergilium. At non ille satum quo te mentiris Achilles Talis in hoste fuit. Porro comparatio demonstrat id quod adductum sit, aut par esse, aut minus aut maius. Minus, ut si propter matrimonia uiolata urbes euerse sunt, quid fieri adultero par est? Item maiores nostri saepe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt, uos tot diuum Romanorum milibus uno nundo, atq; uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati supbius, Corinthum patres uestri totus Græciæ lumē extinctum esse uoluerunt, uos
eum regem

eum regem tutum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem, uinculis ac uerberibus, atq; omni supplicio excrudatum necauit? Par, ut apud eundem Ciceronem. Etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus patricijs, altero improbissimo, altero modestissimo atq; optimo uiro peterẽ. Super aut tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Maius, ut p. Milone. Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua urbe tandem hoc homines stultissimi disputat? Nempe in ea, quæ primũ iudicium uidit de capite M. Horatij fortissimi uiri, qui nondum libera diuitate, tamen populi Romani comitijs liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse fateretur. Ergo in eo quod proprie uocatur exemplũ (est autem rei gesta, aut perinde ut gesta, utilis ad persuadendum commemoratio) aut breuissime significatur. Quod genus est illud diui Hieronymi. Memento daretis & Entelli. Aut latius per collationem accommodatur per simile, dissimile, contrarium, par, maius, & minus, Atq; ea collatio sumitur ab omnibus rerum ac personarũ circumstantijs. Adiuuatur autẽ & orõnis artificio, cũ uerbis ac figuris ad id accommodis, alia cõsulto eleuatur, alia attollitur. Porro q̄ copiosissime uolet exemplũ tractare, is singulas similitudinis aut dissimilitudinis partes explicabit, atq; inter sese cõparabit. Quẽadmodũ fiat M. Tul. in exẽplo, qd' supius retulimus, de legato occiso. Subijãt enim partũ collationẽ. Illi libertatẽ diuim Romanorum

imminuta m

immutatam nõ tulerunt, Vos uitam ereptam negligetis?
 Ius legationis uerbo uiolatum, illi persecuti sunt, uos lega-
 tum omni supplio interfectum relinquetis? Videte, ne ut
 illis pulcherrimũ fuit, tantam uobis imperij gloriam re-
 linquere, sic uobis turpissimũ sit, id quod accepistis, tue-
 ri & conseruare non posse. Quod tamen quantumlibet
 copiose licet facere, si quis plures circunstantias inter se
 componat. Veluti si quis hortetur aliquem, ut filij mortẽ
 moderate ferat, & e gentiliũ exemplis mulierem ali-
 quam obijãat, quæ plurium liberorum mortem fortiter
 tulerit. Post enarratam rem ita comparabit. Quod mu-
 lier imbecilla potuit, tu uir barbatus non feres? Illa cum
 natura uiat & affectum matris, tu ab altero superaberis?
 Illa complurium liberorum iacturam animo infra-
 cto pertulit, tu unum extinctum inconsolabiliter defles?
 Adde quod illius filij simul omnes naufragio perierunt,
 morte uidelicet ingloria, tuus in bello fortiter pugnas oc-
 cubuit. Illa non habebat cui filios honeste imputaret, tu si-
 lium impediisti patriæ. Illi uere totiq; perierunt, tuus im-
 mortali gloria semper uicturus est. Illa naturæ gratias
 agebat, quod aliquando tot liberorum mater fuisset tu tan-
 tum meministi te optimũ perdidisse filium. Illa non habe-
 bat sartendæ orbitatis spem, quippe maior quã ut utra-
 rum iam ferre posset. tibi & uxor fœcunda, & ætas etiã
 dum integra ualensq;. Ergo quod barbara muliercula
 præstitit, tu uir Romanus non præstabis? Qd' continere
 potuit

potuit literarum imperita, hoc te tot præditum literis, tantum philosophiæ professorem frangit? Deniq; quam animi fortitudinem præstitit pagana, hanc homo christianus non exhibebit? Illa credens post rogū nil superesse, tamen luctum indecorum existimauit. Tu doctus eos demū uere uiuere, qui cum laude exæsserint ex hac uita, sine fine clamas tibi perijsse filium. Et quod illa æquo animo reddidit naturæ, tu deo repenti non reddis? Illa fortiter paruit necessitati, tu deo repugnas? Ex hac forma satis opinor apparet, quibus modis oporteat exempla cōferre, quanquā in ueris causis, quoniam maior est circumstantiarum copia, faciū est inuenire uarias contentiones illud obiter admonēdum, in huiusmodi contentionibus sententias, & epiphonemata non in conāne posse admisceri. Vt in hoc eodem exemplo, post primam collationem. Quod mulier imbecilla potuit, tu uir barbatus non poteris? Subijā non poterant sententiæ. Natura discreuit sexum, tu non discernis animū. A muliere nemo fortitudinis laudem expectat. Vir, nisi forti sit animo, nec uiri nomine ænfetur. Vir utrunq; significat, & sexum robustiorem & animū infractum. Turpiter barbam gestat, qui pectoris robore superatur à scemina. Item post illam cōtentionem. Illa non habebat, cui filium imputaret honeste, tu filium impendiisti patriæ. Poterant affingi sententiæ ferme huiusmodi. Magnum doloris solatium est, habere cui honeste possis imputare fortunā. Vt nulli iustius, ita nec gloriosius

gloriosius impenditur filius quàm patriæ. Rursum post illã. Illi uere totiq; perierunt, tuus immortalis gloria semper uicturus est. Adijã poterant huiusmodi. Longe felicius honesta fama, quàm hoc cõmuni spiritu uiuitur. Corporis uita & calamitosa est, & omnino, ut nihil accidat breuis, deniq; cum peccatis cõmunis. Illa clara sempiternaq; homines in diuorũ consortium referens. Ad eundem modum singulis collationum partibus sententiæ subiijã poterant. Sed hæc obiter indicasse sat fuerit, Nã de sententijs suo loco dicemus.

¶ De parabola.

Iam uero si quis parabolam ab exemplo separet, ut exemplum sit certæ rei gestæ. Parabola similitudo sumpta ab his quæ fiunt, aut quæ natura casuue rebus adiuncta sunt, ut Attilius ad hostes reuersus, exemplum sit seruandæ religionis ac fidei, At nauis pro uentorum ratione uelum tollens aut contrahens, in hoc aut illud latus transferens, parabola sit, quæ doceat sapientem temporari cedere oportere, ac rebus presentibus sese accommodare. Tamen eadẽ dilatandæ parabolæ ratio, quam in exemplo demonstrauimus, Nam aliquãdo uerbo notatur. Ut non intelligis tibi uertenda uela. Aut desine lauare laterẽ. Ut iam uel allegoria sit, uel metaphora. Aliquando latus explicatur, & apertius accommodatur. Quod facit Ciceropro Murena. Quod si è portu soluentibus, qui iam in portum ex alto inuehuntur, prædicere summo studio solent

solent tempestatum rationem, & prædonum & locorū,
 quod natura fert, ut his faueamus, qui eadem pericula,
 quibus nos deruncti sumus, ingrediantur. Quo me tan-
 dem animo esse oportet, prope iam ex magna iactatio-
 ne terram uidentem, in hunc, cui uideo maximas tempe-
 states esse subeūdas. Rursum in eadem oratione, ut aiūt,
 in græcis artiſiabus eos auloedos esse, qui ditharœdi ſie-
 ri nō potuerint, sic nōnullos uidem⁹, q̄ cū oratores eua-
 dere nō potuerūt, eos ad iuris studium deuenire. Superi-
 orem Ciceronis parabolam sic imitatus est diuus Hie-
 ronymus in epistola quadā ad Heliodorum a. Et ego non
 integris rate uel merābus, nec quasi ignarus fluctuum,
 & indoctus nauta præmoneo. Sed quasi nuper naufrā-
 go eiectus in littus, timida nauigaturis uox denundio.
 In illo æstu charybdis luxuriæ, salutē uorat. Ibi ore uir-
 gineo ad pudiciæ perpetranda naufrāgia. Scyllæum re-
 nidens libido blanditur. Hic barbarum littus. Hic dia-
 bolus pyrata cum socijs portat uinacula capiendis. Nolite
 credere, nolite esse securi. Licet in modum stagni fufum
 equor arrideat, licet uix summa iacentis elementi spiri-
 tu terga crispentur. Magnos hic campus montes habet.
 Intus est periculum, intus est hostis. Expedite ruden-
 tes, uela suspendite. Crux antennæ figatur in fronti-
 bus. Tranquillitas ista tempeſtas est. Hic si quis sin-
 gula pericula, quæ à uitijs aut improbis, aut aliunde
 bonis moribus imminet, uelit conferre cum singulis,
 quæ nautis

quæ nautis uitæ discrimen adducere solent. Deinde per
 comparationem, maius aut minus, item dissimile aut con-
 trarium ostendere. Postremo sententijs & epiphonema-
 tis, ut inâderint exornare, nimirum copiosissime dilata-
 bit orationem. Velut in hoc exemplo. Vt quo præciosior
 est res, hoc & diligentius solet asseruari, & impendi ar-
 cûspectius. Ita temporis, quo nihil est præciosius, summa
 habenda est ratio, ne quid effluat sine fructu. Etenim si
 auratores dari solent his, qui gemmas & aurum temere
 profundunt. Quæ tandem erit insania, tempus pulcherrimū
 immortalis dei munus aut oâo, aut inhonesti studi-
 dijs turpiter consumere? Quid enim perdis, cum tēpus
 perdis, nisi uitam? At uita qd esse potest charius? Et cū
 una gemmula perijt, iacturam uocas. Cum totus perijt
 dies, hoc est bona uitæ portio, iacturam nō uocas? Præ-
 sertim cum illa per dita, aliunde possint recuperari, tem-
 poris irreparabilis sit iactura. Præterea illa cum tibi pe-
 reunt, alijs plerunq; lucro sunt. At temporis dispendiū
 in nullius transit compēdium. Nullum est damnum, ex
 quo non aliquis emolumentum aliquod sentiat, præter
 damnum temporis. Adde his, quod illarum opum iactura
 sæpe saluti fuit. Nam diuitiæ plerūq; uitiorum matre-
 riam ministrant, ita ut præstet temere profudisse, quàm
 attente adseruasse. Quanto cuiusq; rei usus honestior, tan-
 to turpior profusio. At nihil pulchrius, nihil præclaru-
 us, quàm bonas horas bene collocare. illa ut quàmmaxi-
 me serues

me serues, sæpenuero tamen uel casus cripit, uel homo tollit, ut iacturæ calamitosum duntaxat, non etiam turpem reddat. At t̄pis amissio, quoniã non nisi nostro uitio contingit, non miseros solum, uerum & infames reddit. Pessimum infamiæ genus quoties culpa in nullum cõferri potest, præterq̄ in eum qui patitur malum. Illis fundos aut ædes mercari poteras, bonã mentẽ non poteras. Hoc, præter alia animi ornamenta, parare poteras immortalitatem. Nulla est tam breuis uitæ portio, in qua non magnus aliquis ad felicitatem gradus fieri poterat. Postremo de illis male insumptis, patri fortassis rationem redditurus eras, de horis male transactis, deo. Sed satis est indicasse, in quantam amplitudinem dilatari possit collatio si quis ad eum modum singulas circumstantias uelit componere atq; ornare. De dissimili eadem est tractandi ratio, cuius hoc sit exemplum. Neq; enim ut nauis utilior noua, quàm uetus, sic & amicitia. Nec ut laudanda, quæ pecuniam pluribus largitur, ita & quæ formam. Neq; enim ut in cursu melior est, qui lampadem accipit, quàm is qui tradit. Ita in bello melior est Imperator qui exercitum accipit, quàm qui tradit. Porro quemadmodum ab omni genere rerum collationes duæ possint, superiore commentario demonstratum est.

¶ De imagine.

Εἰκὼν, quam latini uocant imaginẽ collationi uidetur affinis. Tametsi magis ad euidentiã, aut grauitatem,

aut iucunditatem orationis facit, quàm ad probationem. Ceterum quanquam exemplorum & similium usus, ad eadem ista confert, tamen ad faciendam fidem non vulgariter adiuvant, praesertim cum per inductionem quam graecè uocant ἐπαγωγὴν adhibentur. Quo in genere plurimus est Socrates; Platonius. Exemplum per inductionem adhibetur hoc modo. Dic mihi quem tandem fructum attulit Demostheni insignis eloquentia. Nempe praeter alia incommoda, infelicitissimum & miserandum exitum. Quid autem praemij Tyberij Gracchis attulit? Nimirum eadem & miseram, nec satis honestam. Quid porro illi tantopere laudato Antonio? Certe & hic latronum sicis crudelissime confossus est. Age Ciceroni eloquentiae parenti, quam mercedem attulit? Nonne mortem & acerbam, & miserandam? Inunc & tot uigilijs ad summam eloquentiae laudem enitere, quae praestantissimis quibusque uiris semper exitio fuit. Simile adhibetur per inductionem hoc modo. De nauigando num melius disputabit nauita quam medicus? An non medicus rectius de medendi ratione disset, quam pictor? Num pictor de colorum & umbrarum, ac linearum ratione melius dicit, quam sutor? Num auriga de ratione moderandi currum melius quam nauta? Ea si plurima conferantur, faciunt ut omnino probabile uideatur, unumquemque melius de eare diciturum esse, quam melius norit. Deinde ad rem accommodatur similitudo. At quid orator, qui de omni re proficitur se optime diciturum? Notum est exemplum de Aspasia, ex Aeschine.

¶ De contentione demonstratiua.

Est & generalis quædam contentio, præsertim in genere demonstratiuo, quoties laudandi, uituperandi uel gratia personam cum persona conferimus. Veluti si quis Iulium pontificem Romanum laudaturus, eum cum C. Iulio Cæsare componat, atque illius benefacta cum huius comparet. Aut contra uituperaturus, malefacta cum malefactis conferat. Item si quis Maximilianum laudaturus, eum componat cum M. Antonio Imperatore, aut uituperaturus conferat cum Maximino, est et rerum comparatio. Quod genus est, si quis historiam laudans, eius utilitates comparet cum eorum benefactis, quæ bellicæ Rerum publicarum auxerunt. Aut poeticam laudare cupiens, huius comoda cum philosophiæ commodis committat atque expendat. Est & unius ad multa comparatio. Ut si quis historiæ laudes exaggerare cupiens, eam cum laudatissimis quibusque disciplinis comparet. Atque in his duplex est ratio. Aut enim alterius partis bona eleuas, alterius amplificas. Aut alterius partis sic exaggeras laudes ut præferas tamen quod laudandum suscepis. In uituperando attollis uita, sed sic ut sceleratior tamen ostendas, quæ insectaris.

¶ De iudicijs.

Ad exemplorum genus referuntur & iudicia, quæ græcè κρισεις appellunt. Eæ sunt sententiæ scriptorum illustrium, gentium, uirorum sapientum, aut clarorum uirum. Ex antiquis ac celebratis poetis magna uis iudiciorum colligitur. Item ex historiographis, ex philosophis,

ex arcanis literis. Nam his rursus eadem uarietas, quæ in exemplis ostensa est. Sunt & apud græcos, qui in his undecunq; colligendis laborarunt, quorum de numero Stobeus. Idem ualent sapientum apophthegmata. Cuius modi sunt illa celebriū uirorū dicta, & quæ referuntur à Plutarcho. Et hoc uariū genus est. Etenim si spectemus res, sunt militaria, sunt philosophica. Si personas, sunt regū, sunt sapientum, sunt popularium. Si qualitatem, sunt grauius dicta, sunt facete dicta, sunt acute dicta. Huc pertinent & prouerbia, uel ab authoribus sumpta, uel uulgo iactata. Nam publica gentium instituta non uideo quid ab exemplis differant. Certe oracula, & responsa numinum, iudicijs subijciuntur. Veluti si Socratem probes sapientem, quod ita Apollinis oraculo sit iudicatum.

¶ De sententijs.

Est sententiarum genus, non illud quidem petatum ab authoribus, sed à nobis ad presentis rei commoditatem confictum. Eas licet omnibus orationis partibus admiscere. Atq; adeo unus locus complures sæpenuero sententias parit. Inadunt enim & in narrando, & in mouendis affectibus non solum in probationibus. Quin etiam sæpenuero transitiones per sententias fiunt. Quæ si in loco adhibeantur, haud mediocrem orationi copiam adiungent. Neq; id sine grauitate aut gratia. Sunt aut sententiarum uariæ formæ. Siquidem aliæ sunt καθολικαί, ut inuidentia ipsa sui supplicium est. Aliæ non placent, nisi ad rem relatas.

relatæ . Vt nihil tam populare quàm bonitas est . Alia quæ ad personam referantur . Vt princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa cognoscere . Rursum alia simplex . Vt omnia uincat amor . Alia rationem habet subiectam aut admixtam ut in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uidetur . Quædam duplex sunt ex partibus contrarijs, nulla tamen addita ratione, Vt obsequium amicos, ueritas odium parit, Quædam ex diuersis . Mors misera non est, aditus ad mortem miser est . Huic generi si ad utranque partem ratio subijciatur, quadripartita fuerit sententia, ad hunc modum . Qui adulescentium peccatis ignoscam oportere putant, falluntur . Hæc prima sententiæ pars . Ei subnectitur ratio . Propterea quod ætas est impedimento bonis studijs . Deinde tertia pars erit . At hi sapienter cogitant, qui adulescentes maxime castigant . Ei rursum additur ratio . Vt quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint, eas in ætate maturissima uelint comparare . Id exemplum etiam si est in rhetorica ad Herennium scripta, tamen mihi sane non admodum arridet . At non est arduum aliud huiusmodi fingere . Iuuentutem decet industria Adijciatur ratio . Nam turpe sit eas dotes, quas natura ad bonas artes comparandas illis annis attribuit, in otio, foedisque uoluptatibus consumere . At senectutem opulentia decet . Huic quoque subijciatur ratio . Vt ætas nature præsidij destitutor, exterarum rerum adminiculis utantur, fulciatur Item aliud . Senectus inops, calamitosa, indocta, turpis .

Nam & miserū tum egere, cum imbecillitas nature pecunia subsidia præcipue requirit. Et turpe, tum res optimas nescire, cū nec discere decorū est, & docere pulcherrimum. Rursum est sententia recta. Vt tam deest auaro quod habet, quā quod non habet. Est figurata. Vt seruare potui, perdere an possim rogas? Est communis rerū. Vt nocere facile est, perdesse difficilius. Est ad personas accommodata. Vt iam minus appareat sententia, ut est illud M. Tullij Ciceronis Nihil habet Cæsar, nec fortuna tua maius, quā ut possis. Nec natura melius, quā ut uelis seruare. Est illud etiā tacitū & quasi dissimulatum sententiæ genus. Et cæco carpitur igni. Explicuit enim Ouid. Tectus magis aestuat ignis. Itē in narrando. Pars maior uiuat meliorē. Explicabis si dixeris. Fere fit, ut pars maior uiuat meliorē. ¶ Iam aliud sententiæ genus, quod ἐπιφώνημα græci, Fabius acclamationē appellat. Ea est rei narratæ uel probatæ summa acclamatio. Narratæ. Vt apud Vergiliū. Tanta molis erit Romanā condere gentē. Probatæ apud M. Tullium pro Ligario. Quorū igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorū te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Neque tamen quoduis epiphonema continuo sententia est, etiā si plerumque est, uerū quicquid in clausula argute additum ferit aurem, ἐπιφώνημα dici potest. Quod genus proprium est epigrammatis. Vnde apud Martialem sæpenumero carmen epiphonemate clauditur. Vtitur & Val. Max. frequenter hoc genere. Itē Seneca suas epistolæ
 las fere

las stre' claudit epiphonemate. Neq; defuerunt qbus epiphonematũ usus adeo impẽse placuit, ut omni loco, omni sensu clausulã acclamatoriã subijã edã existimarint. Sed ut sententiarum omnium, ita & acclamationum debet esse modus. Vt ibi demũ adhibeas, ubi locus postulat, aut certe patitur. ¶ Est Noema sententiæ genus, quod non dicitur, sed intelligitur. Quod genus est illud dictũ in quendam agentem cum sorore talionis, quod sibi dormiẽti pollicem reciderat. cum illa fratrẽ sepius à ludo gladiatorio redemisset. Eras dignus ut haberes integram manum. Nam intelligitur ut rursum in ludo depugnares. Sunt novae sententiarum genera. Ex inopinato, & ex alio relatis, & ex alio translatis, ex geminatione, ex contrarijs. Quorum exempla si quis desyderet, ex Quintiliano petat licẽbit.

¶ De expolitione.

Cum hoc sententiarum genere, quod superius ostendimus ex quatuor constare partibus, cognationem habere videtur Expolitio. Sic enim uocant, quoties eodem in loco diutius commoramur, & eandem sententiam alijs atq; alijs modis uariamus, simul & locupletamus. Commutatione uerborum, cum eadem res alijs atque alijs uerbis, alijsque figuris sepius effertur. Commutatione pronuntiationis, cum alio atque alio uultu, gestu, uoce. Commutatione tractationis, cum quod iam sub persona nostra diximus, idem alium, sed paulo aliter dicentem facimus.

Vel cum quod sedatus est disputatum, id acrius atq; in-
 flammatus efferimus. Verū copiosissima expolitio septē
 constat partibus. Propositione, ratione, duplici sententia,
 cui ratio item duplex subijci potest, contrario, simili, ex-
 emplo, conclusione. Exemplum erit huiusmodi. Sapiens
 nullum pro Repub. uitabit periculum. Ideo quod sepe fit
 ut cum pro Repu. perire noluerit, necessario cum Rep.
 pereat. Et quoniā sunt omnia commoda à patria accepta,
 nullum incommodum pro patria graue putandum est.
 Hæc est priā pars, qua tota res simpliāter exposita est,
 & rationibus confirmata, cui subditur duplex sententia,
 aucta totidem, aut pluribus rationibus. Ergo qui fugiunt
 id periculum quod pro Repub. subeundum est, stulte faci-
 unt. Hæc est sententia, cui subnectitur ratio. Nam neq; es-
 fugere id possunt, & ingrati in ciuitatem reperiuntur.
 Deinde additur altera sententiæ pars. At qui patriæ pe-
 ricula suo periculo propellunt, hi sapientes putandi sunt.
 Mox adiunguntur rationes. Cum & cum quem debent ho-
 norem Reipub. reddunt, & pro multis perire malunt,
 quàm cum multis. Iam adiungitur contrariū. Etenim ue-
 hementer est iniquum, uitam à natura acceptam per pa-
 triā, cum seruaueris, naturæ cum cogat reddere, patriæ
 cum roget, non dare. Et cum possis cum summa uirtute et
 honore, pro patria interire, malle per dedecus & igna-
 uiam uiuere, pro amicis & parentibus ac cæteris neassa-
 rijs adire periculū cum uelis, pro Repu. in qua & hoc,
 & illud

Et illud sanctissimū patriæ nomen continetur, nolle in discrimen uenire. Deinde adhibetur simile. Itaq; uti contemendus, qui in nauigando nauim, quā se mauult incolumem. Ita uituperandus qui in Reip. discrimine, suæ salutis plus quā cōmuni consulit. Naue fracta, multi incolumes fuerūt. Ex naufragio patriæ, saluus nemo potest enatare. Sub hæc exēplum annectitur. Quod mihi uidetur Deus intellexisse, qui se deuouisse dicitur, et pro legionibus se in hostes immisisse medios unde uitam amisit, non perdidit. Re enim uilissima, maximā redemit. Vitam dedit, accepit patriam, Amisit animā, potius est gloria, quæ cum summa laude prodita uetustate, quotidie magis enitescat. Demū apponitur conclusio tanquam epilogus. Quod si pro repub. debere accedere ad periculū, et ratione demonstratum est, et exemplo comprobati, hi sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriæ periculum uitant. Ergo conueniet huiusmodi thematicis exerceri pueros, qui ad copiam parandam instituantur. Quanquā ne hoc quidem exemplum ex Herenniana rhetorica mihi magnopere probatur, nisi quod ut eunq; rationem indicat. Potest autem copiosius etiam tractari, si plures sententias et rationes. Si similia, si exempla plura congeras.

¶ De Apologis.

Ad fabulorum genus proxime accedunt Apologi, nisi quod et delectant uehementius, et efficacius persudant.

dent. Delectat, q̄a morū facta quādā imitatiōe faciūt fidē quia uerum ueluti ponunt ante oculos. Capiūtur his præcipue rustici & imperiti. Et si quis alius est, qui mores auri seculi sapit. ¶ Celebrantur Apologi maxime Aesopi nomine qui unus ē sapientum numero ob hoc ipsum est habitus. Etiam si Quintilianus ab Hesiodo scriptas fuisse, certe maioris cuiuspiam ingenij opus existimet. Quo minus mirandum, si Menenius Agrippa plebem Romanam à periculosissima seditiōe reuocauit, confecto in id apologo de corporis humani membris aduersus uentrem conspirantibus, ut refert T. Lilius. Et Themistocles Atheniensibus persuasit, ne nouarent magistratus, fabula de uulpe musas obfita. Quin liberum est cuiq; pro re constringere genus huiusmodi. Verū ut apte constringas, cum ingenio ualeas oportet, tum animantium naturas (sunt autem infinite uarietatis) penitus animaduersas habeas necesse est. Porro quod ad usum attinet, significatur uerbo. Quemadmodum exēpla, maxime si notus sit apologus. Veluti si dicas. Si tua scripta lacerant ac damnant imperiti, noli laborare, certe doctissimo cuiq; maxime probantur. Quid enim mirum, si gemmā aspernatur gallus Aesopicus? Aut si quis dicat. Nullus hostis quantumlibet impotens humilisque negligendus, aut contemnendus est. Posteaquam nec Scarabeum impune contempsit Aquila Aesopica. Aut hoc pacto. Tuis ipsius benefactis nitere, non maiorum splendore. Ne tibi usu ueniat, quod Aesopi cornicula.

niculæ. Dilantantur autem præfatione commendationis. Cōmendamus tum authorem ipsum, tum Apologorum genus. Ita ut fecit Aul. Gellius in explicāda Cassitæ fabula. Aesopus ille è Phrygia fabulator, & cætera. Nam locus in promptu est. Deinde si describendis animantium aut rerum formis ac naturis quas inducis, longius immoraberis. Quandoquidem hoc iam ipsum & cum uoluptate accipitur, & ad eruditionem liberalem pertinet. Vcluti si Scarabei formam, deinde quemadmodum è stercoreibus nascatur, & quo pacto posterioribus pedibus erectis stercorea protrudat, atq; id genus alia describas.

Ad eundem modum. Aquilam regnum in auium genus obtinere. Armigeram esse Iouis, non offendi fulmine. Non conuiuere ad ardentissimos Solis radios. Perniciosissimo uolatu ultra nubes ferri. Denique quæcunque uel ad Scarabeorum humilitatem exaggerandam, uel Aquilæ generositatem attollendam pertineant. Quod quidem argumentum nos per lusum tractauimus in prouerbis. Atque hac in re non præmittendum si quid animanti cupiam fabulis poetarum est attributum. Quod genus. E Lycone natos lupos, ex adulescente perdicem, Cygnum Apollini sacrum esse, & sub fatalem horam suauissime canere. Coruum eiusdem fuisse nundum, & oblationem ex albonigrum factum. Aut si quid proditum est historijs insigniter ab his factum. Veluti de Aquila, quæ uirginem adamauit, apud Plinium.

De Bucæ

De Bucephalo Alexandri Magni equo. Atque item de cæteris. Nam rationem duntaxat ostendimus. Deinde cum ad ipsum apologum erit uentum, fusius ac latius narrare licebit. Id fiet àtq; àtredium, si facta quadam imitatione, quod est in hominum uita, ad fabulæ mores accommodabimus. Præterea si ad eandem rationem sermones, sententias, dictaq; affingemus. Exemplum aptissimū est apud Horatium in saty. Rusticus urbanum murem, mus pauper fertur Accepisse cauo, uetrem uetus hospes amicam. Asper & attentus quæsit ut tamen arctum Solueret hospicijs animum. Quid multa? & cætera. Nam in promptu locus est. Est item exemplum dilatati Apologi apud Apuleium de coruo & uulpe. Rursum apud Agellium de Cassita auicula. Cæterum quod ἐπιμύθιον uocant, id est apologi interpretationem nō admodum refert initio ponas an in fine. Quanquam & hinc inapere licebit, & in hanc desinere, modo sermonis accedat uarietas.

¶ De Somnijs.

Affinguntur à nonnullis somnia quoq; quæ fortassis adhibenda non sunt, nisi in ostentatione. Quod genus Luciani somnium. Aut quoties ea pro ueris uisis, hortandi deterrēdiue gratia narramus. Huiusmodi uidetur illud diui Hieronymi, de sese flagris cæso, quod Ciceronianus esset. Et nos item pueri in hoc genere lusimus.

¶ De fictis narrationibus.

Iam fictæ

Iam fictæ narrationes rerum gestarum, si persuaden-
di gratia pro ueris adhibeantur, quàm maxime fieri po-
test, ad ueri similitudinem componantur oportet. Sunt au-
tem ex arte rhetorica notæ partes quibus probabilitas cõ-
stat. Cuiusmodi est fabula de Mêmio apud Ciceronem, &
fortassis de Vultio apud Horatium. Genus hoc uideo nõ
nullis nimium placuisse, qui vulgi credulitate freti, stultissis
ma quædam miraculorum ostenta pro certissimis inuexe-
runt Christianorum literis. Porro quæ risus causa fingit-
tur, quo longius absint à uero, hoc magis demulcent ani-
mos, modo ne sint animalium similia deliramentis, &
eruditis allusionibus, doctas etiam aures capere possint.
Quo de genere sunt Luciani ueræ narrationes, & ad hu-
ius exemplum effictus asinus Apulei. Præterea Icaro me-
nippus, & reliqua Luciani pleraq;. Item argumenta ser-
me omnia ueteris comœdiæ, quæ nõ imagine ueri, sed al-
lusionibus & allegorijs delectant. Nam illud fictionis
genus, quod ad simulacrum rerum adumbratur, haud
dubium est, quin ad parabolâ pertineat. Exemplum hu-
ius est apud Platonem de specu. In quo uincti quidã, um-
bris perinde ut ipsis rebus delectantur.

¶ De allegorijs Theologiis.

At quoties ad pietatē adhortamur, aut dehortamur,
plurimum adiumenti conferent exempla ueteris ac nouite-
stanti, id est euangeliorum. Quæ per allegoriam uarie
tractantur, & eadem modo ad mores hominum, modo
ad corpus

ad corpus ecclesie Christo capiti connexum & coherens, modo ad cœlestem illam communionem, rursus ad prisca nascentis fidei tempora, & ad hæc nostra possunt accommodari. Sed hæc de rebus copiosius & exactius disseremus in libello, quem instituumus de Theologicis allegorijs. Atq; hæc ferme omnia ad exemplorum genus referuntur. In quibus sumus paulo diutius immorati, quod ex hoc potissimū mundo, copiae supellex depromatur. Sed priusquā ab his digrediamur, uisum est etiam nonnulla pauca admonere.

¶ Ratio colligendi exempla.

Iamprimū, quemadmodum unumquodlibet horum uarie possit accommodari per similitudinem, per contrarium, per comparisonem, per hyperbolen, per epitheton, per imaginem, per metaphoram, per allegoriam, superioris commentario demonstratum est. Nunc qua ratione fieri possit, ut amplissimā horum uim in promptu, ac uelut in numerato possimus habere, indicabimus. Consilium quidem non perinde magnificum, ut frugiferum, quod utinam iuuenes olim ipsi fuissetus secuti (nam tum quoq; ueniebat in mentem) uideo quantum momenti literulis nostris fuerit accessurum. Attamen candidi est ingenij, non inuidere bonæ spei iuuenibus, quod tibi uel negarit fortuna, uel non pararit diligentia. Ergo qui destinauit per omne genus authorum lectiōe grassari (nam id omnino semel in uita faciendum, ei qui uelit inter eruditos ha-

tos haberi) prius sibi quàm plurimos parabit locos. Eos sumet partim à generibus, ac partibus uitiorũ uirtutumq; Partim ab his quæ sunt in rebus mortalium præcipua, quæq; frequentissimè solent in suadendo inãdere. Eaq; conueniet iuxta rationem affinitatis & pugnantie digere re. Nam & quæ inter se cognata sunt, ultro admonent quid consequatur. Et contrariorum eadem est memoria. Puta sit exẽpli causa, primus locus pietas & impietas. Huic subiãentur species inter se cognatæ. Prima est pietas in deum. Secunda in patriam. Tertia in parẽtes, aut in liberos, aut etiam in eos quos oportet parentum loco colere. Velut præceptores, & quorum beneficio seruati sumus. Iam his cognata est superstitio adijienda igitur. Atque hic aperit sese campus latissimus de prodigijs deorum cultibus, ac uarijs diuersarum gentium cærimonijs. Sit proximus si uidetur, titulus fides. Hanc in species scæs licèbit. De fide in amicos, de fide seruatorum in dominos, de fide in hostes, totidemque de perfidia. Item sit titulus beneficentia. Huic cum suas species subicæris, restat gratitudo nõ illa quidem huic subiecta, neque rursum contraria, sed adhærens, æque ea ueluti consequens. Sed uirtutum ac uitiorum ordinem sibi quisq; suo fingat arbitrio, aut è Cicerone, seu Val. Maximo, aut ex Aristotele, aut ex diuo Thoma petat. Deniq; similit, elementorũ ordinẽ sequatur. Neq; enĩ id magni refert. Quanq̃ nolim illum oēs huius generis particulas, tam minu:

tam minutim conāſas, in ordines referre, uerū eas dumtaxat, quæ uideantur frequenter in dicendo uſu uenire. Id autem uel ex loāſ cauſarum licet cognoscere, nempe demonſtratorijs, ſuſſorijs & iudicialibus. Quod genus ferme ſunt tituli apud Vale. Max. & nonnulli apud Pliniam. Cæterum quæ extra uitiorum ac uirtutum genera ſumuntur, partim pertinent ad exempla, partim ad locos cōmunes. Prioris generis ferme ſunt huiusmodi. Inſignis longæuitas, uiuida ſenectus, ſenilis iuuetas, inſignis ſœliätas, inſignis memoria, ſubita rerū cōmutatio, ſubita mors, mors ſpontanea, mors prodigoſa. Partus p̄digioſi. inſignis eloquentia, inſignis opulencia. Ex humili genere clari, uafriäes ingenij, inſigne corporis robur, inſignis forma, egregium ingenium in deformi corpore, atq; id genus innumera alia. Quorum ſingulis oportebit ſubijcere, quæ cum his pugnant, quæq; cum his habent afſinitatem. Vt inſigni eloquentiæ, opponitur inſignis infantia. Finitima ſunt, uocalitas, ſœliätas in geſticulando, hiſtrionica, & ſi qua ſunt huiusmodi. Poſterioris autem generis ſunt iſtiusmodi. Plurimū intereſt quibus ſtudijs puer aſſueſcas. Magni refert, quibus cum uiuas. Suum atq; pulchrum. Faälis offeſſa, reconaliatio diffiälis. Tutiffimū eſt nulli credere. Ama tanquā oſurus, oderis tanquā amaturus. Bis dat, qui äto dat. Fortunam ſui atq; mores parant. Et lentæ regum iræ. Et periculofa primäpum ämiätia. Et dulcæ inexpertis bellum. Et infida ſoäetas regi. Et

gni. Et optimum senectæ uaticum eruditio. Sed quid ego hæc recensere pergo, cum sint sexcenta millia. Ergo ex his ea sunt deligenda, quæ uidebuntur ad dicendum maxime commoda. Ad hunc gregem pertinent & illa comparatus. Cœlibatus ne felidior an coniugium? Vita priuata, an secus? Potior monarchia, an Democrazia? Vita studiosorum, an idiotarum? Tum autem ex superioribus, si qua sunt quæ uirtuti, aut uitio uidebantur esse confinia, ea licëbit suo titulo subijcere. Vt illa. Bis dat qui cito dat. Et nihil charius constat, quàm quod præabus emitur. Et beneficium dando accepit, qui digno dedit. Et nihil tam perit, quàm quod confertur in ingratum. Et beneficij gratiam perdidit, quisquis exprobrauit. Hæc atq; huiusmodi ad liberalitatis titulum referri possunt. Verum ne indigesta rerum turba pariat confusionem, profuerit titulos qui latius patent, in aliquot secare partes. Liberalitatis titulum ut exempli causa loquamur, ita licëbit partiri. Si subiecteris. Beneficium prompte citoq; datum. Beneficium aptum, beneficium digno aut indigno collatum. Beneficium exprobratum. Beneficium mutuum. Et si qua iudicabuntur magis idonea. Nam nos indicandi gratia duntaxat hæc ponimus. Ergo postea quam tibi titulos comparaueris, quot erunt satis, eosq; in ordinem quem uoles digesseris. Deinde singulis suas partes subiecteris. Rursum partibus addideris locos communes, siue sententias. Iam quicquid usquam obuium erit, in ullis authoribus, præcipue si sit insi-

gnius, mox suo loco annotabis, siue erit fabula, siue apolo-
 gus, siue exemplum, siue casus nouus, siue sententia, siue
 lepide aut alioqui mire dictum, siue metaphora, aut pa-
 rabola. Atq; ad eum modum pariter fiet, ut & altius in-
 sideant animo q̄ legeris & assuecas uti lectionis opibus.
 Sunt enim qui plurima teneant, uelut in mundo reposita
 cum in dicendo scribendoq; mire sint inopes, ac nudi. Po-
 stremo utauq; postulat occasio, ad manum erit dicendi
 supellex, certis ueluti nidis constitutis, unde quæ uoles pe-
 tas. Porro nulla disciplina tam semota est à rhetorica, un-
 de non faciās locos tuos locupletiores. Nam à mathema-
 tics, quæ remotissimæ uidentur, sumuntur similitudines.
 Quandoquidem cum sphaera undiq; sui simili, auct; tetra-
 gono quocunq; cadat pariter quatuor angulis nixo, con-
 fertur sapiens suis opibus felix, nec aliunde pendens.
 Et quæcunque inaderit fortunæ procella, sua uirtute fir-
 mus & immobilis. Ut ne dicam interim quod Theologi
 mysteriorum enarrationem frequenter à mathematicis
 petunt, propter arcanam quandam rerum ac numerorū
 analogam. Nam à physicis non solum parabola, uerum
 etiam exempla quædam petuntur. Parabola fuerit, si di-
 cas. Quemadmodum fulmen summos montes frequentis-
 sime ferit. Ita summa potestas, grauissimis casibus est ob-
 noxia. Item, quemadmodum fulmen æs liquefacit, intacta
 cæra. Ita prināpū animus in rebelles & obistentes se-
 uire debet, in cæteros uti clementia. Exempla fuerunt
 Elephanti

Elephanti pudore in abdito coeuntes, si quis etiam in coniugatis modestiam, ac uoluptatis dissimulationem desyderet. Et delphini foetus adultos diutius comitantes, nec scientes paruulos suos ingredi, nisi grandior aliquis cœu pædagogus adsit, & custos. Si quis admoneat quanta cura seruari atq; institui debeat à parentibus prima illa & lubrica puerorum ætas. Itaque studiosus ille uelut apicula diligens, per omnes authorum hortos uolitat, flosculis omnibus assultabit, undique succi nonnihil colligens, quod in suum deferat aluearium. Et quoniam tanta est in his rerum fecunditas, ut omnia decerpere non possint, ærte præcipua deliget, & ad operis sui structuram accommodabit. Sunt autem quæ eadem non solum ad diuersos, uerum ad contrarios usus quadrare possint, eoque diuersis annotanda locis. Quod genus, si de insanabili cupiditate hominis auari agas, recte accommodabis Charybdis fabulam. Rursum si de inexplebili uentris ingluuie, aut libidine mulieris inexhausta, nimirum conueniet eadem. Item apologus Aesopi de hirco ac uulpe simul in puteum descendentibus, quadrabis uel in prospicientiam, qua fit, ut non aggrediare negotium, nisi prius apud te penderis, qua ratione queas explicare. Vel in fictum amicorum genus, qui cum uideantur amici commodis consulere, maxime tamen agunt suum negotium. Præterea ex morte Socratis non solum ducitur exemplum, mortem

P. ij non esse

non esse formidolosam uiro bono, cum ille tam alacri
 uultu acutam biberit, uerumetiam uirtutem inuidiæ oba-
 noxiam, neq; satis tutam esse in turba malorum. Rur-
 sum inutile, uel potius perniciosum esse philosophiæ stu-
 dium, nisi te ad mores communes deflexeris. Iamq; hoc
 ipsum factum trahi potest & in laudem Socratis, & in
 uituperium. Laudandus enim qui nulla sua culpa, sed for-
 la inuidia damnatus tam fortiter mortem neglexerit. Vitu-
 perandus, q inuili philosophiæ studio, neglectuq; mo-
 rum communiū amicis acerbissimum luctum, uxori liberisq;
 calamitatē, sibi exitum conāliarit, cum alij soleant
 uales esse patriæ, suis præsidio simul & ornamento.
 Eoq; uere sapientis esse, relictis aliquando tetricis illis
 sapientiæ decretis, uulgis studijs & opinionibus accōmo-
 dare sese, tpiq;, qd aiunt, seruire. Iam si partes exempli
 arcūspicias quot locos licet elicere? Accusatus p inuidiā
 ab Anyto & Melyto perditissimis auiibus. Locus est. Ve-
 ritas odiū parit. Itē alter. Insignis uirtus conāliat inuidi-
 am. Rursum alius. Apud iudices plerunq; plus ualet nobi-
 litatis ratio, quā respectus honesti. Rursum alius. Ni-
 hil impudētius opuletia, si cū improbis morib⁹ copuleur.
 Quid enim absurdus, quā omni faciōre dedecorosos,
 Socratē in uis uocāre? Rursum alius locus. Non quidlibet
 auuis decorū est. Eoq; Socrates non abijāt sese ad iudiciū
 pedes, neq; enim conueniebat, ut q per oēm uitā docuerit
 mortem non esse formidandā, nisi turpis esset, cum nunc
 ueluti

ueluti ob mortis metum, abiecte supplicè esse. Quæ cadē
 cussa cōmouit ut neq; iudiū declinaret, neq; in media
 cussa exilium eligeret, neq; postremo cū liceret, è carce-
 re uellet effugere, ne ipse à se ipso discrepare uideretur.
 Atq; hæc quidē una pars est. Deinde cum moriturus tā
 oāse, tāq; plaāde disputat, cum non alto uultu acutā bi-
 bit, quā quo unum solet, cum mox emoriturus iocatur in
 Phædonē, admonens ut gallum persoluat Aesculapio. Lo-
 cus est. Mortē etiā optabilem esse ijs, q sibi uitæ integre
 actæ conscij sunt. Rursum alter locus. Cuiusmodi fuerit
 hominis uita, id in morte potissimum apparere. Rursum.
 Constantis suiq; perpetuo similis exemplum est. Etenim
 cuiusmodi fuerat in omni uita Socratis uultus oratioq; tā-
 lis erat & morituro. Tertia pars est. Dū in carcere agit
 Socrates, interim nusq; Alabiades, nusq; Agathon, nusq;
 Phædrus, sed Crito, Phædon, Simias. Atq; hic locus est.
 In perialis demum apparere qui sint uere amiā. Nam
 uulgares illi sibi tum consulunt, cum in officijs communi-
 bus adsunt. Quarta pars est. Cum amicis de animæ im-
 mortalitate multa disputat, uxorem ac liberos cum pau-
 ca mandasset, dimittit. Locus est. Philosophum leuiter
 tangi oportere uulgaribus affectibus, id quod mire con-
 gruit cū doctrina Christi. Quinta pars est. Statim à mor-
 te Socratis uersus est in accusatores populi furor. Socra-
 ti desyderato aurea posita statua. Locus erit. Vulgus te-
 mere odisse & amare. Rursum alius. Virtutem præsen-

sentem odimus, sublatam ex oculis querimus inuidi. Rursum alius. Fucatam gloriam una cum uita perire, uirtutis splendorem à morte maxime clarescere. Hinc arbitror liquere in quot usus idem exemplum possit accommodari. Similiter & in parabola fiet, uelut in navigatione, quot similia dud poterunt? Vt optimum gubernatorem tempestas, ita optimum Imperatorem aduersæ res declarant. Item ut nemo clauum committit amiaissimo, sed nauigandi peritissimo. ita nemo Reipu. gubernacula mandabit ei cui studeat maxime, sed quæ maxime iudicari idoneum. Rursum. Quemadmodum uentis nimium secundis nauæ uela contrahunt. Cùm parum prosperi sunt, tum latus pandunt sinus. Ita cum res uehementer succedunt, temperandus est animus ne insolescat. Contra, cum inimica est fortuna, tum fortitudine ac spe secuturæ felicitatis, dilatandus ac fulciendus. Item quoties rectum aursum per tempestatem tenere non licet, tum obliquis flexibus eò nihilo secius quo peruenire uelimus, contendere oportebit. Item quoties artem uinat tempestatis impotentia, tum ancoram iaciunt nauæ, uelis collectis. Ita uesanti multitudini non nunquam cedendum est, donec oratione tractabilis esse incipiat. Item quemadmodum naua non semper eodem modo tenet uelum, uerum nunc tollit in altum, nunc contrahit, nunc in hoc latus, nunc in illud transfert, ut auctus uentorum ratio postulat. Ita sapiens non in omni loco, omnique tempore & negotio, simili uitæ tenore debet uti, sed uultum,

militum, orationem, mores presentibus rebus accommo-
 dare. Item sicut in magnis tempestatibus peritissimi nautæ
 uel ab imperito nonnunquam admoneri sese patiuntur,
 quod alijs alia soleant in his casibus in mentem uenire. Ita
 bonus rex in magnis Reipub. periculis, nullius consilium
 audire grauabitur. Item ut minimo periculo nauigatur eo
 gubernatore, qui maximis sit iactatus periculis. Ita tutissi-
 mus est ciuitatis status, eo principe, qui grauissimis casi-
 bus sit exercitatus. Item ut qui clauum regit, non satis ar-
 bitratur se suo fungi officio, nisi arcanactis oculis, quod cuius-
 faciendum sit, admonuerit. Ita principem non agit, nisi quæ
 magistratuuum etiam inferiorum officia moderatur ac præ-
 stat. Item quemadmodum insanat nauta, si propter odi-
 um aliquorum, quos nauis uehit, nauim perire sinat, quæ
 perdita nec ipse possit esse incolumis. Ita sanæ mentis non
 sit qui ob factiones patriæ incolumitatem non tueatur.
 Quæ nisi sit incolumis nec ipse incolumis esse possit. Item
 ut non nisi seuiissimis tempestatibus sacram ancoram nauis
 iacere solent, ita non est, nisi in grauissimis periculis,
 ac rebus prope desperatis, ad extrema remedia uenien-
 dum. Sed næ ego ineptus, qui ista persequar, cum iam ui-
 deas aliquot similitudinum millia hinc sumi posse. Non-
 nunquam eadem quoque collationis pars ad diuersa trahi-
 tur. Quod genus sit. Si Lunæ crebras mutationes uel ad
 fortunæ uices accommodes, uel ad hūanæ uitæ instabilitatē,

uel ad stultorum inconstantia. Quam eadem quoq; sententia uarios in usus deflectitur. Vt facundus comes in uia puehialo est. Iuandior est uita, si non solus agas, sed cum lepidis ac festiuis amicis consuetudinem habeas. Rursum Semper bonus aliquis liber arcaferendus cuius lectione tedium discutias. Item. Si te lætus animus comitetur, & bene sibi consilius, nulla pars uitæ sentiet tedium. Hic optimus est uiæ comes si læta narret. Sin turpium factorum memoriam tibi refricet, tedio enecat. Eadem est prouerbiorum & apophthegmatum ratio, quorum usum ostendimus in principio Collectaneorum prouerbialium. Proinde quedam erunt eadem diuersis adscribenda locis, aut annotanda certe. Nam sat erit aliquando tribus significasse uerbis, ascriptis authorum locis, unde peti possint, præsertim si paucis exponi non queant. Sed iam quo res exemplo magis fiat perspicua sit titulus inconstantia, aut morum inæqualitas. Experiamurq; quot res ad hunc conferri possint. Primum è poetarum fabulis petam Mercurium uarias formas sumere solitum, ut est uerser deus, nunc apud superos, nunc apud inferos, nunc apud mortales agentem, uarijs etiam fungentem officijs. Nunc Ganymedis agentem partem, nunc nunda perfectentem, nunc animas deducentem ad Charontem, nunc negotiatoribus ac patronis operam dantem, nunc athara utentem, nunc uirga, galero etiam bicolore, postremo uarijs gaudentem cognominibus. Ea sunt apud Aristophanem

phanem in Pluto. Diatur enī σροφαῖος, ἔμπολαῖος
 δόλιος ἢ γεμόνιος, ἐναγώνιος apud Homerum, &
 apud Hesiodum Διάκτορος, ἀργειφόντης. Diatur et
 Cyllenius, & ἑριούνιος. Petam Vertumnum deum, cui
 inde etiam nomen, quod subinde uertat formam. Petam
 Proteum, omnia uertentem sese in miracula rerum. Petā
 Empusam ex Aristophanis ranis, id est dæmonis genus,
 identidem alia atq; alia specie sese offerentis. Item Mor-
 phea, quosq; uelit uultus induere solitum. Item Circe
 ueneficijs ac magica uirga homines in uarias ferarum for-
 mas uertentem. Nam improbi seam non constant, sed di-
 uersis agitantur affectibus, Petam καιρόν uolubilem de-
 um, nunquam sui similem, & huic similem si uidebitur
 Rhamusiam. Petam Iouē, nunc aquilam, nunc cygnū,
 nunc taurum, nunc aureum imbrem factum. Præterea
 Chimeram capite leonis, uentre uirgineo, cauda draco-
 nis. Ac uarium illud portentum, quod fingit Horatius in
 ipsa statim fronte artis poeticæ. Adducam & Ianum bi-
 frontem, & triformem Geryonem, & Bacchum, cui poe-
 tæ tribunt ἐνὶ θείῳ, hoc est morum leuitatem ac faci-
 litatem, ac talem in Ranis fingit Aristophanes. Et si qua
 sunt alia apud illos, quæ prodigiosæ uarietatis magnam
 habent. Adducam & Ulyssē, quamlibet pro tempore
 personam gerentem. Vnde & πολυῆτορον statim in
 operis initio uocat Homerus. Deinde à physis petam Lu-
 næ similitudinem, nunquam eodem uultu nobis redeunt-

tis, nunc semiplenæ, nunc plenæ, nunc emorientis, nunc
 renascentis, nunc pallentis, nunc rubentis, nunc albican-
 tis, nunc antecedentis solem, nunc à tergo sequentis. Per
 tam similitudinem cœli uerni aut autumnalis, nunc nubi-
 li, nunc sereni, nunc tranquilli, nunc uentis commoti. Per
 tam collationem maris assidue uicibus æstuarijs decurren-
 tis, ac recurrentis, præcipue Euripi mira celeritate septi-
 es die ac nocte reciproantis. Addã Polypum, cuius mu-
 tabilitas etiam prouerbio locum feãt. Addam chamæleõ-
 tem colorem subinde mutantem. Item Pantherem ac Par-
 dum uersicoloribus maculis uariëgatum, aut si quod est
 aliud animal huiusmodi. Adiuãgam pueritiæ in horas mu-
 tatum ingenium. Adijãam mulieris peculiarem inconstan-
 tiam. Vulgus leui momento mobile. Præterea argenti uini
 miram mobilitatem. Arundinem ad omnem auram facile
 mobilem. Foliorum arcantium, plumæ ramentæq; leuita-
 tem. Cere fluxibilem, ac mollem naturam. Somniorum
 inconstantiam, rotæ uolubilitatem. Adducam laminam,
 quæ summis turrium, aut templorum fastigijs solet impo-
 ni, quo uentum à raumactu suo indicet. Adducam bili-
 brem, facili momento huc atque huc uergentem. Addu-
 cam opus uermiculatum uersicoloribus tessellis, miram
 uarietatem ostentans. Quædam etiam ingenio finguntur.
 Veluti si quis comparet inconstantis hominis animum,
 nunc hoc nunc illud cogantis, speculo rotûdo in foro fre-
 quentissimo suspenso, quod huc & illuc discursante tur-
 ba, si

ba, figuris innumeris uarietur. Aut uitro, quod quem-
 cunque colorē subieceris, cum imitari uidetur. Aut pen-
 fili chalybi, quod hinc atque hinc admotis magnetibus,
 quorum alter alliaat ad sese, alter depellat, leui momen-
 to nunc huc nunc illuc rapiatur, nec unquam conquie-
 scat. Aut spheram in plano uolubilem. Iam ex historijs
 mutuo sumam. Græcorum genuinam leuitatem, quam
 describit iuuenalis. Lubricam Allobrogum fidem. Pœ-
 nos simili morum inconstantia. Scythas indies mutatis
 pasuis, nullam certam incolentes sedem. Virgam Moy-
 si subinde in aliam atque aliam uersam speciem. Aristip-
 pum quamuis agentem personam, ut quem omnis (ut in-
 quit Flaccus) deuit color, nunc cynico utentem pallio,
 nunc regia purpura. Item ἡμίλευκον illum, de quo
 meminit Lucianus. Catilinam uario ingenio, ex Salustio.
 Hannibalem ex T. Lilio. Ex Valerio Maximo, qui-
 bus alius fuit uita tenor in adulescentia, atque in senectua-
 te. Rursum ex tertia Horatij satyra Tigellium. Nil æ-
 quale homini fuit illi, sepe uelut qui Currebat fugiens
 hostem, per sepe uelut qui Iunonis sacra ferret &c. E-
 comœdijs exemplum sumetur muliebris inconstantia.
 Sostrata in Adelphis. An mi homo sanus ne es? an hoc
 proferendum tibi uidetur esse uspiam? Ac paulo post.
 Ah minime gentium non faciam, proferam. Amanti-
 um inconstantiam exprimet Phœdria, è rure repente
 rediens. Puerilem inconstantiam Antipho ex Phormio-

ne. Sed hoc persequi perlongum est. E tragœdijs mutuabor Phædram uariatis secum sententijs, nunc uolentem, nunc nolentem. Medeam item ante filiorum cædem, diuersis agitatam affectibus. Ab Ouidio Bibliidem, Narcissum. A Marone Didonem, iam Aenea par ante discessum. Atq; hoc genus innumerabiles personas passim exhibent poete. Ex apologis allegabo rusticum illum, qui Sathyro admirante, eodem ex ore modo calidum, modo frigidum efflabat. Et si qui sunt alij. Nam in presentia rationem duntaxat ostendimus. E puerbijs mutuabor. τὴν παναγαῖαν ἀρετὴν. Item ἀνέμου πασιδίον. Et εὐμεταβολώτερος κοθόρου. Et ὑστέρου ποικιλωτέρος. Et λιβυκὸν θηρίον. Aliaq; consimilia. Nam ipsi in prouerbij locos aduinximus unde ista peti possint. Et saxum quod subinde uoluitur, non obduatur musco. Et arbor quæ subinde transplantatur, non grandescat. Rursum ex Apophthegmatis addam illud dictum in Ciceronem, Duabus sedere fellis. Et in eundem à Salustio scriptum. Aliud stans, aliud sedens loquitur. Ex Homero ἀλλοπρόσᾶλλον. Sic enim uocat Martem incertarum partium, quiq; nunc cum his sentit nunc cum illis. Ex Ouidio, ni fallor. Et tantum constans in leuitate sua. Ex Horatio. Leuior cortice. Et. Mutat quadrata rotundis. Et, Rome Tybur amo uentosus Tybure Romam. Ex Plauto, Τίμηλα leuior. E Terentij Phormione. Volo, nolo, nolo uolo, quod dictum est, nō dictum est ἔσῃ. Ex Euripide, πλεοναγία

γὰρ γὰρ φρονεῖς τὰ μὲν νῦν τὰ δὲ πάλαι τὰ
 δὲ αὐτῆς. Id apparet opinor, quāta huius quoq; gene-
 ris supellex ex tot scriptoribus colligi possit. Eadem est
 sententiarum ratio, quas non tantum ab authoribus sume-
 re, uerum etiam pro re nouas parere licet. Quibus omni-
 bus si totidem opponas contraria, deinde subiunxeris u-
 trinq; finitima, nimirum quā immensus orationis penus
 futurus sit uides. At cum tam uariis sit usus, id quod dili-
 gentius ostendemus in opere de ratione conscribendarū
 epistolarum, nihil erit quod non aliquo pacto possis ad
 loquendam orationem accommodare. Quandoquidē con-
 traria quoq; adhibentur uel per ironiam, uel per dissi-
 mile, uel per comparisonem. Per ironiā. Vt si quis ho-
 minem nunquā sui similem Socratem appellet, qui in omni-
 uita semper eodem uisus est uultu. Per dissimile. Vt si de-
 cas. C. Iulium Cæsarem nullius unquā facti penituit. Hic
 nihil unquā decreuit, quod non mox residerit. Per com-
 parationem si dicas. Quod Cato ille, quē Cicerō præfra-
 ctum uocat, a sententia non potuit abduci, tam hic non po-
 test in eadem retineri sententia. Porro finitima, quæ sunt
 facili deflexu, ad uiana trahuntur. Quod genus Persia-
 num illud. Te cum habita. Nam & si proprie quadrat in
 eum qui maiora molitur, quā pro sorte sua, tamen quia
 non esse sua sorte contentum, cum inconstantia cognitionē
 habet, huc torqueri poterit, præsertim cum Seneca scri-
 bat. Primum argumentum compositæ mentis existimo
 posse

posse consistere, & secum morari. Quin eadem simul et in laudem torqueri possunt. Vt si omnium horarum hominem, uersatiliq; ac dextro ingenio laudes. Ex inconstantiæ penario sumes Polypum, ad speciem subiecti, soli mutantem colorem Sumes Euripum, ac negabis mare hoc esse tam uersatile, quàm huius sit ingenium. Sumes flammã stare nesciam. Sumes cœlum subinde alia fac. Sumes arundinem utanq; flauerint auræ, flectentem sese. Dices sapientis esse, prore nata, pro tempore, pro loco mutare sententiam, ac uitæ rationem. Stupida saxa, ac brutã tellurem unam non moueri. Caterum ex animãtibus ut quodque præstantissimum est, ita maxime mobile esse. In uniuersa natura, quo quicque præclarius est, hoc à quiete longius abesse. Infima est quæ non mouetur terra. At mobilis aqua, mobilior aer, ignis hoc quoque mobilior, cœlum quàm maxime mobile. Proinde metem hominis, auram atque ignem ab antiquis uocari. Cœtra, stultos, tardos, stupidos, lapides, plumbum. In quas res maxime cadit constantiæ uocabulum. Per huiusmodi locum traxeris, & ex inconstantiæ ad laudem detorseris. Verum de his, ut modo dictum est, alias tẽpe stiliuis. Nunc reliquas dilatandi sermonis rationes persequamur.

¶ De partium rhetoricarum multiplicatione.

Crescet oratio numero partium orationis. Vt enĩ qui breuissimus esse studet, quã potest pauãssimis utitur partibus.

tibus. Ita qui dilatare cupiet, etiam legitimis illis, & arte
 præscriptis partibus aliquid accessionis curabit adiungere
 Nam cū in summa tria sint oratoris officia, docere, delectare,
 flectere. Cui placet breuitas, is uno contentus tantū
 docebit. Cui copia, simul omnibus utetur, idq; in omnibus
 orationis partibus non solū in peroratione aut exordio.
 Rursum qui studet breuitati, poterit narratione, aut hac
 quoq; prætermiſſa, si causæ ratio patitur, esse contentus
 sola præbatiōe. Atq; hæc etiā ut omitti tota non pōt, ita pōt
 coarctari cohiberiq;. Cōtra q̄ copiā affectabit, nō modo
 sex illis utetur. Exordio, narratione, diuisione, confirma-
 tione, cōtutatione, peratiōe. Sed & suo loco latius explica-
 bit exordiorū locos, & in tota orōe, quoties causā præ-
 bebbit oportunitatē, exordiola quedā admiscebit, quibus fa-
 uorē, attentionē, doctilitatē retineat atq; renouet, aut te-
 diū discutiatur, aut q̄ dicitur sit præmolliat. Inadunt autē
 huiusmodi p̄sepe. Doctilitatē potissimū renouamus cōmo-
 dis transitiōibus, quarū formulas aliquot superiore cōmen-
 tario p̄posuim⁹. Quod genus fuerit. Audistis largitiōe.
 corruptela, sanguine, stupro ac fœdissimis artib⁹ paratū
 honorē. Nūc ostendā illud qd' turpiter ē adeptus, turpius
 administrasse. Attentio renouatur hisce ferme modis. Ma-
 gna sunt hæc, sed leuia præ his q̄ nunc diciturus sum. Et
 nūc ad ipsum rei caput accedo. Proinde queso ut hæc ani-
 mis quāmaximē attētis audiat. Et, Sed his lōgus fortasse
 sūmorat⁹, cætera pauca ac diluade expediam. Si mihi, si-

aut antehac

aut antehac scãstis, aures atq; animos præbere uelitis. Et altius paulo repetã, sed ita uerba sum facturus, ut neq; sine fructu, neq; sine uoluptate sitis audituri. Atq; id genus alijs modis (nam bis mille pro rei natura fingi possunt) Tedium disautitur aut excluditur, hoc modo. Rogo diligenter auscultetis. Prima fortasse fronte minutum uideatur quod tracto, uerum si paulisper attendetis, intelligetis nimirum sub hac speãe maxima reipub. pericula occultari. Et queso patiamini me paulisper, mox aperiam quorsum hæc spectent. Et nunc rem antehac inauditam audietis. Et rem accipietis omnium maxime ridiculam. Porro fauor ijsdem rationibus renouatur, qbus paratur. Insuper & argumentamur aliquoties in exordio. Si quid erit amolendum, quod alioqui sit offuturũ reliqua differenti. Verum id non nisi consilio ex rei arcũstantijs sumpto. Narratio præterquã quod aliquando fusius explicatur, & omnibus argumentis atq; affectibus expletur, etiã cresãt ἐπιδίκυκται. Ea est, ut ostẽdit Fabius, repetita narratio, quoties res pauãas, ac simpliãter exposita, de nouo fusius & ornatiùs eadem narratur. Id quod fit uel inuidiãe, uel miseracionis causa. Præterea cresãt item egressione subiecta. Quod ita demũ permittit Fabius, si excursus ille sic adhæreat, ut sit quasi narrationis finis. Veluti si atrox fuerit arcã finem narratio, prosequamur eam ueluti spiritu protinus erũpente, indignatione. Atq; id quidem in causis serijs ac periculosis. Ceterum in re

ad ostentã

ad ostentationem parata nihil uetat, quo nimis exposita
 re, in locum aliquem quãmaxime plausibilem & amœ-
 num expatieris. Quo simul & narrationis tedium ab-
 stergas, & uoluptate sermonis ad futuram probationem
 reddas alacriores. Hi loci cuiusmodi sint, superius est de-
 monstratum. ¶ Propositio dilatabitur primum, si pro
 simplia, duplici, aut multiplici utemur, etiam si una sit sa-
 tis, propterea quod alios alia mouent. Ut si fecisset, præ-
 mio magis quã supplicio dignus erat. Aut res hæc nec
 est honesta, nec expedit, nec sine summo periculo fieri po-
 test. Quod si maxime sit honesta, maxime expediat, ma-
 xime sit tuta, tamen fieri non potest, ut consequamur. De-
 inde si non nudam omnino, sed argumentis obiter interie-
 ctis, & affectibus accensam proferemus. Qualis est illa
 Ciceronis pro Milone. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt iu-
 dicis. Insidiator supatus, ui uicta uis, uel potius oppres-
 sa uirtute audacia est. Deinde miscet affectus. Nihil dico
 quid Respub. consecuta sit. Nihil quid uos, nihil quid om-
 nes boni, nihil sane id profit Miloni, q̄ hoc fato natus est,
 ut ne se quidem seruare potuerit, quin una Remp. uosq̄
 seruaret. Deinde argumenta congerit. Si id iure non pos-
 set, nihil habeo quod defendam. Sin hoc & ratio doctis,
 & necessitas barbaris, & mos gentibus, feris natura ipsa
 præscripsit, ut omnem semper uim, quauinq; ope possint
 à corpore, à capite, de uita sua propulsarent. Non potest is
 hoc factum improbum iudicare, quin simul iudicet is omni

Q

bus qui

bus qui in latrones inaderint, aut illorum telis, aut uestris sententijs esse pereundum. Mox redit ad affectus. Quod si ita putas, & certe optabilius Miloni fuit uigulū dare Pub. Clodio, non semel ab illo, neq; tum primum petitum, quā uigulari à uobis, quia se illi uigulandum non tradidisset. Atq; item in sequentibus controuersiam constituens, nam locus est notus, repetit summam argumentorum, quibus usus fuerat in exordio. Id tamen si magis licuit Ciceroni, ppter ea quod in exordio quæstiones aliquot tractauerat, tamen idem & alibi continget uerbis commode interiectis. Maxime in enumeratione aut expositione, quæ est altera diuisionis pars, de qua supra non nihil attigimus, cum de propositionibus ageremus. Quod genus fuerit, si dissuasurus Ciceroni ne uitam ab Antonio accipiat, exustis Philippicis, sic proponas. Primum illud uide mi Cæro, num te dignum sit, ut immortalem ingenij tui famam, tot paratā sudoribus, quaq; tuos oēs illustrasti, ob tantulum æui, qd̄ tam grandi longum superesse nō potest, exusto pulcherrimo oīm monumento repente aboleas. Deinde num fortui uero, quiq; semper omnia posthabuerit libertati, ferendum sit, ut uitā rerum oīm optimā, & in qua sunt omnia, debeat ei portento, cui quouis etiā nomine obnoxius esse nemo liber uelit. Postremo uideat, ne parum prudentis sit in re tanta, fidem habere hosti perfidissimo, q̄ nec amicis unquam fidem seruauit. Neq; perspicere, quod uel cæcū appareat, nihil aliud agere uersutis

uerfutissimum carnificem Antonium, nisi ut totum exting-
 uat Ciceronem. Nā simpliāter pponi poterat hoc modo.
 Primum non est tanti uita. Deinde miserum debere uitā
 inimico. Postremo deāpere cupit Antonius, non seruare.
 Quod si qua proposito durior uidebitur, eam oportebit,
 uelut ex ordiolo prēmollire. Ut si proposueris laudare
 Platonis dogma de uxoribus communibus, ut hoc exem-
 pli causa sumatur, dicēs non te fugere, te rem omnium sen-
 tentia absurdissimam polliceri. Verum illud orabis, ut tan-
 tisper iudiciū suum differant, donec argumentorū sum-
 mam audierint, nihil diffidere te, quin penitus exposita
 re sint in diuersam sententiam pedibus ituri. Tantū illud
 cogitent, hoc quicquid est, non esse temere dictum à tanto
 philosopho, quiq; cæteris in rebus ob excellentiam ingenij
 diuini cognomen promeruerit. Verum quod in formis
 hominum, idem in rerum iudicio usu uenire. Quasdam
 si procul & osātanter aspicias, nihil uenustius, fūco uideli-
 cēt oculis imponente. Sin propius ac fixius contempleris,
 iam quod paulo ante mirē blandiebatur oculis, maiorem
 in modum ināpit displicere. Silenis, nisi explicēs, quid
 magis ridiculum? Sin explicēs, quid augustius? Adeo ue-
 ritas latet in abdito, nec oportet in dijudicandis rebus po-
 pulū authorē sequi cui semp pessima pro optimis proban-
 ri consueuerint. Ergo seposita paulisper recepta illa &
 animis penitus infixa opinione, rem ipsam iudicio ppen-
 dant, nec prius in hanc aut hāc partē flectant animum.

quam totum argumentorum orbem acceperint. Quæ dicitur enim fore, quæ per se stulta uideri possint. Verum si quæ inter sese conuincta perceperit, is demum ueri contentus, & harmoniam sensurus est. Huiusmodi præfatum uel pro causæ natura commode affecta, nonnunquam expedit auditoris animum, ad sequentem argumentationem præparare. Iam uero probationes, præter eas loquæ completandi rationes, quas superius ostendimus, crescunt etiã labefactione seu præparatione & asseueratione. Labefactam autem seu præparamus duobus modis. Propositionibus. Nunc autem uoco propositiones non quæ summam causæ completantur, sed ueluti singularium partium collectiones seu conclusiones, quas oratoribus mos est initio argumentationum proponere, & easdem in fine uehementius perfectus aut per epilogum repetere. De hoc genere dictum est superioribus titulis. Præterea cum ita proponimus, ut ipsa orationis figura fidem abrogemus aut conuincimus. Cuiusmodi est illud Ciceronis pro Milone. Sed antequam ad eam rationem ueniam, quæ est propria nostræ questionis, uidentur ea esse refutanda, quæ in senatu sæpe ab inimicis & improbis iactata sunt, & in condone etiam paulo ante ab accusatoribus. Cum inimicos & improbos nominat, iam hoc ipso non parum fidei abrogauit aduersariorum propositioni. Deinde propositionem ipsam per ironiam eleuat. Negant intueri lucem fas ei, qui à se hominem occisum fatetur. Nã atrocitas illa uerborum, Negant intueri

intueri lucem fas, pro eo quod erat, puniendus est, cum
 irrisione pronuntiata est. Adiunguntur huiusmodi præ-
 parationes singulis etiam collectionum partibus. Quan-
 doquidem eodem in loco Tullius exemplis refutaturus,
 quod erat propositum, ita præparauit. In qua tandē ur-
 be homines stultissimi hoc disputant. Deinde adiungit ex-
 emplū M. Horatii, cum sororem occidisset, absoluti. His
 non absimiles sunt asseuerationes, quæ cum argumenta
 non sint, tamen sepe numero pondus habent argumenti,
 si probationibus admisceantur. Vt quis tam cæcus qui hoc
 non uideat? Quis tam impudens, ut neget? Et illud, Stulti-
 us est quā ut refelli debeat. Quis enim non intelligit? Et
 cætera. Et perfricat faciem, et aude negare. Hæc cum ita
 sint, quæ tandem impudentia est &c. Locupletantur et
 singulæ collectiones epilogis particularibus, quæ summā
 rationum paucis comprehensam, auditori denuo sub oca-
 los reuocant, ut maiore cum fide cōclusio succedat. Qua
 quidem in re frequens est M. Tullius, propterea quod la-
 tus explicet argumentationis adem. Huius generis exem-
 plum erit illud ex oratione pro Pompeio. Quare uidete,
 num dubitandum uobis sit omni studio ad id bellum in-
 sumbere, in quo gloria nominis uestri, salus scæorum, ue-
 stigalia maxima, fortunæ plurimorū diuim, cum Rep.
 defenduntur. Deniq; crescant et excursio nobis per am-
 plificationem, ut singulis probationibus suos affectus adij-
 ciamus, ad quod proprie destinata est conclusio. Quam si

copiosam esse uolemus, geminam efficiemus, ut simul et per epilogum præcipua argumenta recensentur, et affectuum omne genus per omnes locos tractetur. Eos ex Aristotele, et Quintiliano petere licet. Quin et poetae in hoc genere miri sunt, inter affectus autem ponenda delectatio, quanquam hæc non in peroratione tantum, uerum in tota oratione, cum res feret, debet admisceri. Porro quod cuique iucundum sit, Aristoteles in affectuum locis diligenter profectur, et de faccijs M. Tullius, Quintilianus de risu scripsere, traditis iocandi rationibus. Sunt item et figuræ quæ ad orationis iucunditatem pertinent, quas non magni negocij est ex artis præceptis petere, et à nobis nisi multis uerbis, referri non poterant. Delectant et allusiones, sed agnoscentem dumtaxat. Itaque in loco sunt adhibende.

¶ Epilogus.

Ergo cui placebit Laconica illa breuiloquentia, primū Atticorū exemplo præfationibus et affectibus absteineat. Rem simpliciter ac summam exponat. Argumentis non omnibus utatur, sed præcipuis dumtaxat, eaque non explicitim, sed confertim adhibeat, ut in singulis prope uerbis sit argumentatio, si quis explicare uelit, si docuisse contentus, ab amplificationibus, ab asseuerationibus, à similibus exemplis, sententijs, epiphonematis, fabulis, apologis, allusionibus, faccijs temperet. Nisi quid horum ita erit necessarium, ut à tra flagitium omitti non queat. Item ab omnibus figuris, quæ uel amplam, uel illustrem, uel acrem, uel ornatum,

ornatam, uel iucundam reddunt orationem, abſtineat. Rem eandē ne alijs atq; alijs formis tractet, & ita ſingula uerbis ſignificantibus explicet, ut multo plus intelligatur quā audiatur, & aliud ex alio colligi poſſit. Cōtra qui copiam ſequetur, ſingula dilatare ſtudebit his ſerme quas dixi rationibus.

¶ Quid utrobique uitandum.

At caueat uterq; ne, quod ſere fit, affectatione in ſinitima uitia delabatur. Breuitatis amator uideat ne tantū hoc agat, ut pauca dicat, ſed ut optima quā potēſt pauciſſimis. Et cui placet Homericum illud π α ὕ ρ α μ ἔ ν e i d e m placet, & hoc quod protinus ſequitur, ἄ λ λ ᾽ ἄ μ α λ ᾽ ἄ λ ι γ ῶ ς. Et cui probatur δ υ π ο λ ῦ μ υ θ ο ς, nō p r æ t e r m i t t a t, & hoc quod ſtatim ſubijātur, δ υ ς ᾽ ἄ φ α μ ε ς τ ο ε π ἦ ς. Nam nihil æque conuenit breuiloquentiæ quā uerborum proprietatē & elegantia. Cui ſi acceſſerit ſimpliātatē, facile uitabitur obſcuritatē, uitium, quod plerūq; breuitatis ſtudio comitari conſueuit. At hic ruruſum uidentium ne frigēſcat oratio, dum nullis affectibus inflammatur. Proinde res ita ponetur ante oculos, ut per ſe non nullos aculeos tāte inſigat animis. Tum omnia Attico lepore condienda erunt. Illud in primis cauendum, ne breuitatis ſtudio neceſſaria dictū p r æ t e r m i t t a m u s. Contra qui copiam petet, delectum item adhibeat oportet, & uerborum, & rerum & figurarum. Ne rationes ſint ſuāles, exempla parum idonea, ſententiæ fri-

gide, exarsus æquo longiores, parumque tempestiui,
 ne Schemata durius affectata. Quapropter ordinis ac dis-
 spositionis, summã oportet habere rationem, ne rerum in-
 digesta turba, totus sermo perturbatus sit & confusaneus
 Et ubiq; tedium uarietate, iucunditate, risuq; leuandum.
 Varietas potissimum petitur à figuris, & ab eisde iucun-
 ditas. Risus ab his præceptis quæ tradidit Cicerò. Sunt
 aut & peculiare partium uarietates non negligendæ.
 Proinde expedit plurimas exordiorũ formulas in p-
 ptu habere. Sunt & narrationis complures modi, sunt
 argumentationum diuersæ formæ, neq; simplex affectu-
 um natura, sed hæc à rhetorũ præceptis petantur, oportet.
 Admonendum hoc quoq; ne quouis in loco parem co-
 piam affectemus. Sunt enim quædam sterilia. Verum re-
 lictis his, quæ natura copiam non admittunt, partes ma-
 xime fecundas ac tractabiles deligamus. Nisi forte peri-
 clitandi aut ostentandi ingenij causa, libeat aliquando ex-
 musca, quod aiunt, Elephantum facere. Quemadmodum
 Fauorinus febrim, Synesius caluitium, nos Stulticiam Em-
 comio, & ancoram Aldinam laudauimus in prouerbij.
 Sed in exercendo detur uenia, si luxuriet adolescens
 Cæterum ubi non luditur, sed res seria cum peria-
 lo agitur, ibi rhetor non stultus, adhibito consi-
 lio, copię modũ ex utilitate causse metietur.

F I N I S.

DES.

DES. ERAS.

Roterodamo, Iacobus Vuimphelingus Seletstanus
nomine Sodalitatis literariæ Argentinen. S. D.



VMENTO NONNVN
quam ineptiori, manticae & sarcinae imponuntur, sic & mihi ueterano, minusq; idoneo, Sodalitas literaria apud Argentoracū idoneis imponit, ut te oī nomine salutū iubeam, tibi bene esse exoptem, tuas literas quæ status tui certiores nos efficiāt, ad nos p̄cedē mittēdas exposulē. Credimus te quoq; à Basiliēsi gymnasio humaniter exceptū, atq; p̄benigne foueri inter doctos doctissimū. Præcipue uero in cōuictu philosophico nihil tibi, qđ iucūditatē præstare possit, beatū Rhenanū, qui te alioquin colit, amat, obseruat, speramus negaturū. Commendat sese tibi uniuersa nostra Sodalitas literaria, Sebastianus Brantus, Iacobus Sturmus, Thomas Rappus, Thomas auaparius, Matthias Schurerius, Ioannes Rudaltingus, Stephanus Tielerus, Ioannes Guida, Petrus Heldungus, Hieronymus Gebuilerus, Ioannes Ruserius, Otomarus, & cæteri, quorum nomina me fugunt, & ego in primis. Vale. Ex Argentoraco. prima Septembris. Anno M. D. XIII.

Q V DESY.

DES. ERAS.

Roterodamus, Iacobo Vuimphelingo, Germanus
 Germano, Theologus Theologo, Literarum
 scientissimo, literarū scientissimus .S. D.



VID AIS MI VVIM-
 phelinge? Ita ne tu uocas istud, bo-
 uiclitellas, quod tibi potissimū ad
 nos scribendi datum est nego aū?
 At mihi plane uidetur illud, qđ
 grædicūt π α ρ ο ι μ ι α ζ ο μ ε ν ο ι
 τ ο υ ἱ π π ο ν ε ι ς π ε ρ σ ῖ ο υ . Nam

aius humeris aptius ista sedisset sarāna, aut cui rectius
 hoc muneris delegare poterat Argentinensis illa sodali-
 tas (sic enim tu uocas) non literatissima modo, sed ex
 humanissima, quā Vuimphelingo, cum bonarum litera-
 rum apud suos fācile prināpi, tum omnis humanitatis an-
 tistita? Neq; uero commissurus eram, ut uos anteuerteretis
 officio literarum, nī labor hic recognoscendi, locupletan-
 diq; meas Annotationes, quas in Nouū scripsimus Testa-
 mentum. Ita totum me sibi affixum, ac ueluti pistrino alli-
 gatum haberet, ut uix etiam capiendi ābi suppetat oīum
 Non enim usque adeo stupidus est Erasmus, ut tam inau-
 ditam in se benignitatem, non intelligat. Neq; tam obliuio-
 sus, ut non meminerit. Neque tam ināulis, ut disimul-
 let, neq;

let, neque tam ingratus, ut non pro uirili conetur re-
 spondere. Nam quoties mihi uenit in mentem tam cele-
 bris eruditissimorum hominum coetus, quàm obuijs, ut
 aiunt, ulnis me nouum hospitem exæperit, quàm singu-
 lari consuetudinis uauanditate fessum refecerit, quanta be-
 nignitate fouerit, quanto studio germanum suum comple-
 xus sit, quanto candore, quàmque amice suspexerit eti-
 am, hunc hominem longe positum infra mediocri-
 tatem, quibus ornarit, immo pene onerarit officijs, quàm
 hospitaliter dimiserit, quàm officiose produxerit, par-
 tum apud me pudore quodam suffundor, quippe mihi
 confæus, quàm istis tam magnificis officijs non respon-
 deat nostra tenuitas, & curta, quemadmodum ait Persi-
 us, domi supellex. Partim Germaniæ nostræ gratulor
 quæ tam multos, tam eximios gignat, & alat uiros, nõ
 solum omni doctrinæ genere præcellentes, uerum etiam
 pari morum integritate pariq; modestia præditos. Quin
 & ipse mihi (cur enim non effundam in sinum tuum affe-
 ctus mos) non nihil placeo, blandiorq; , quod uiris longe
 probatissimis uidear, non ausim dicere, pbatus, sed certe
 non improbatus fuisse. Neq; enim usq; adeo perfricui frõ-
 tem, ut istas laudes, quas mihi uos tribuitis, agnoscam. Et
 tamen nõnihil fauco meis laudibus, quas ego certe sic in-
 terpretor, ut existimẽ in hoc tributas, quo uel exhorta-
 ræmini cessantẽ, uel animũ adderetis parũ forti, uel ami-
 cum nudulũ uestris opibus ornaretis ac loqpletaretis,
 quãse

quasi non pecuniam modo, uerum etiam gloriam oportet
 at inter amicos esse communem. Nam nec errare iudicio
 possunt tam eruditi, nec derident tam amici, nec adulantur
 tam integri, nec simulant Germani. Dicere amore
 lapsos, nisi hic ipse uester in nos amor e iudicio natus es-
 set. Neque enim ob id me talem iudicatis, quod immodice
 amaretis, sed ob id coepistis amare, quod talem iudicau-
 eritis. Atque utinam aliquam, et iudicij uestri portionem
 mihi possim asserere. Nullam profecto gloriam malim
 quam talium uirorum calaulis approbari. Verum hoc ma-
 gis debeo pro uestris laudibus, quo minus promereor.
 Siquidem meritam laudem aliquoties, et inimicus tribu-
 it inimico. Eius nomine debemus maxime quod gratuito
 donatum sit. Sed ut finiam, siue residui calar addere uo-
 luistis, debeo pro studio, siue putidulum erigere, debeo pro
 officio. Siue nudam corniculam uestris plumis exornare,
 debeo pro benignitate, siue faciat amor quidam in nos pro-
 pensior, ut talis uidear, qualem praedicatis, magis debeo
 pro tam singulari beneuolentia. Siue est in me nonnihil
 eorum quae tribuitis, debeo pro tam candido suffragio.
 Iam uero non me fugit, et illud uobis deberi, quod orna-
 tissimus Argentynensis Reipub. uterque praefectus magis-
 tratus, qui me praesentem tam admiranda complectaba-
 tur humanitate, tam non uulgari prosequeretur honore,
 nunc absentem, et tam procul absentem, salutationis
 officio prosequitur. Negas futurum, ut unquam illis ueni-

niam in obliuionem. Immo ipse nunquã defnam istos ue-
 re proceres & meminisse, & dictis pariter ac scriptis
 pro uirili celebrare, quibus emoriar, si quid unquam uel
 expertus sim humanius, uel uiderim omni uirtutum gen-
 re accumulatus. Crede mihi Vvimphelinge nullo sermone
 consequi queam, nedum epistola, quantam animo persen-
 serim uoluptatem, quanq; uicandum mihi fuerit specta-
 culum, antique cuiuspiam, ac philosophicæ auitatis uidere
 simulacrum, tot egregios optimates, uel ipsa, quod aiunt,
 fronte, totoq; corporis habitu, singularem prudentiam,
 summam integritatem, ac plane maiestatem quãdam præ-
 se ferentes, sed mira conditam modestia. Fœlicem se fore
 putat apud Homerum Agamemnon si sibi decem contin-
 gant Nestori similes. O sæpius fœlicem Augustissimum
 MAXIMILIANVM, cui tot sunt in unã Repub.
 Nestores, uel potius Sapiones & Catones, aut si quid
 his quoq; uel sapientius, uel incorruptius. Si quando gra-
 tuitatem hominũ contemplantur, prorsus ueteres illos Ari-
 opagitas mihi uidere uidebar. Si morũ integritatem mul-
 tos Aristides uidere me putabam. Si mores placidos ac
 sedatos, meros Fabios imaginabar. Rursus ubi uictus et
 cultus, sobriam mundiãem, & mūdã frugalitatem per-
 pendebar. Priscorum Lacedæmoniensium imago qu-
 dam obuersabatur animo. Demum quoties inspicere, ut
 mira quadã temperatura factum esset, ut uia sim &
 seueritatem condiret morum comitas, & comitatem orna-
 ret gra

uitas. Illa quondam laudatissima Massiliensium Respublica sese nobis representabat, quæ miris modis Romanam disciplinam, cum græcorum urbanitate copulasse legitur, prorsusque his fuisse instituta, ut ab una uirtute omnium Cuiuslibet exempla omnia peti possent. Licuit apud uos in una ciuitate, cunctarum laudatarum dotes conspiciere. Romanorum disciplinam, Atheniensium sapientiam, Lacedæmoniorum continentiam. Maiorem in modum me delectabat mirificus ille rerum concentus, ex diuersissimis uelut sonis in summam modulatus concordiam. Videbam tot senes absque tristitia, tot imaginibus illustres absque fastu, tot potentes absque superælio, tot plebeios, clarissimorum heroum ornatos uirtutibus, tantum hominum numerum sine ulla turba. Denique uidebam Monarchiam absque tyrannide. Aristocratiam sine factionibus. Democratiam sine tumultu, opes absque luxu, facultatem absque prociuitate. Quid hac Harmonia cogitari potest foelicius? Vtinam in huiusmodi Rempu. Diuine Plato tibi contigisset inuadere. Hic nimirum hic licuisset illam tuam ciuitatem uere foelicem instituere. Diuus Hieronymus in epistola fauendissima, pariter & eruditissima, quam ad Geruntiam scripsit de Monogamia in clytæ ciuitatis istius facit mentionem, ut intelligas & olim fuisse nobilem, eamq; tum à Barbaris euersam deplorat. Quid si nunc eandem conspiceret? Vnam tribus irriguam fluminis, sic munitam, sic & opibus florentem & ciuibus. Sæpe per omnia

per omnia talibus ornatam institutis, à talibus gubernatam proceribus? An non illi nomen commutaret, proq; Argentorato, Auratam appellaret? Adde his, quod diutina iam pace fruitur immunis ab expilationibus, immunis ab insaniſſimis bellorum tumultibus, quibus iam annis aliquot mundus fere miſcetur uniuersus. Fruitur clementiſſimo primæpe MAXIMILIANO, cuius potentiam non aliter ſentit, niſi cum illius benignitate ſapientiaque uiuatur. Atque hæc demum uere magno Imperatore digna laus. Ut enim mundus hic dei potentiam non alijs modis experitur, quàm illius in ſe beneficentia, ita pulcherrimum eſt imperium, quod diuum libertatem tuctur, non opprimit, quod opes ſuorum auget, non exterminat, quod omnia reddit florentiora. Huiusmodi eſt ſummi numinis imperiũ in mundum. Huiusmodi animi in corpus, ut ubiq; proſit, ledat nuſquã. Verum hiſcæ de rebus dabitur alibi locus copioſus, & exactius diſſerendi. Iamdudum finem exigit epiſtola, & interpellant intermiſſi labores. Proinde fac ut egregijs iſtis, & optime de me meritis primatibus, nominatim aut Clarifſimo uiro Henrico Ingoldo, Argentinẽ. reip. præſecto maiori, reliq; pæribus optime de me meritis, uiãſſim me oncõe ſalutẽ annũcies. & ſi qd erit qd' meo ſtudio, me iſis literis, mea induſtria præſtari poſſit, id totũ iſtis audacter ex me pollicearis. Ad hæc magnope te rogo, ut elegãtiſimã iſtã ſodalitatẽ, hoc eſt Muſarũ & Gratiarũ oĩm collegiũ, diligentifſe

diligentissime meis re salutis uerbis, nominatim incompara-
 abilem illum iuuenem Iacobum Sturmium, qui maiorū
 imagines, morum illustrat integritate, iuuentutem ornat
 senili morum grauitate, doctrinam haud quaquā uulga-
 rem incredibili modestia mire condecorat. Deinde Tho-
 mam Rappium, ipsis oculis, ipso wultu, suauitatem et can-
 dorem ingenij præ se ferentem. Thomam item Aucupari-
 um, quem ego sane uel ob hoc laurea dignum existimo,
 quod ab omni fastu longe sit alienissimus, cui morbo fere
 genus hoc hominum uidemus obnoxium. Hunc cum pluri-
 mi faciā, tamē quo partus laudem, ipse fuit in causa,
 qui me suo carmine laudat, non dicam quā uere, sed præ-
 sus amantiſſime. Ne quis illud in nos iaciat, Mutuū muli-
 scabunt. Ad hæc Matthiam Schurerium uirum cū alijs
 multis nominibus egregie charū mihi, tum hoc etiam cha-
 riorem quod hunc quoq; fertilis illa tot eruditorum homi-
 num, tot foeliū ingeniorum edidit Seleſtadium, cui
 et beatum Rhenanum, et Ioannem Sapidum debeo, et
 ipsum deniq; Vuimphelingum. Matthiam igitur nisi ue-
 hementer anem, merito dicar ferrum, et adamantem ge-
 stare in pectore, adeo me prior et officijs suis, et bene-
 ficijs ad amicitiam prouocauit, neq; cōmittam, ut animo
 certe studioq; superatus uidear, etiam si ille priores occupa-
 uit. Aſſequar aliquādo et officijs, si modo non desint
 animo uires Ad hæc salutabis accuratiſſime Hieronymū
 Gebuilerium, unum oīm quos adhuc uiderim, humaniſ-
 simum,

simum, qui me suis laudibus, doctissimis quidem, illis. sed plane, ut Germanus germane dicam, uanissimis, ad cœlū usq; uexit, & sic orationis suæ prestigijs mihi imposuit ut prorsus ipse mihi uiderer aliquid esse, uixq; post bi-
duum ad me redierim, quis essem agnosçens. Præterea Io-
annem Rudalphiungum plane $\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\kappa\epsilon\tau\omicron\tau\omicron\nu$ non ar-
te solum, sed & moribus. hoc est festiuissimum & compo-
sitissimum, qui me una cum Hieronymo ad proximum di-
uersorium est profecutus. Neq; præteribis Otomarum,
hominem à tra ostentationem, ut mihi uidetur, eruditum,
qui nos suis toties uocem mutantibus cannis, ut uel Lusā-
niam uincerent, adeo delectauit, ut diuina quadam uolup-
tate rapti uideremur. Eadem opera salutabis optimæ spei
iuuencem Ioannem Ruserium, nostri ut uisus est studiosis-
simum. Item elegantissimos iuuenes Stephanum Tieleriū
Ioannem Guidam, Petrum Heldungum, & ut finiam,
cæteros omnes, quorum & si nomina me fugiunt, tamen
memoria præcordijs intimis pœnitissime insculpta est, ac
semper erit. Nam Sebastianum Brant, ut eximium, ex-
tra omnem & ordinem & aleam pono. Quem ego ui-
rum mi Vvimpbelinge, tanti facio, sic amo, sic suspicio, sic
ueneror, ut magna quædam fœlicitatis pars accessisse mi-
hi uideatur, quod illum coram intueri, coram alloqui, &
amplecti contigerit. Iam quod scire cupis, quomodo reli-
quum iter successerit, paucis accipe. Ad oppidum Seles-
diense tuam patriam feliçiter perueni. Ibi continuo pri-

mores Reip. haud scio cuius iudicio de meo aduentu facti
 certiores, per publicum nundium treis exquisitissimi uini
 misere cantaros, Xenij noie, sed eos cantaros, ut uel decē
 tricongijs satis esse possint. Inuitarunt ad prandiū in diē
 posterū uerū exaisfauī, properās ad hoc negotiū, in quo
 nunc sum. Ioannes Sapidus, tuus in literis alumnus, qui te
 moribus quoq; mire refert, quiq; te non secus ac patrem
 & amat & suscipiat. Basileam usq; nos est profectus. Il-
 lic admonueram hominē, ne me proderet, delectari me
 paucis amiculis, sed exquisitis ac delectis. Primum itaq;
 non aderant alij, quā hi quos maxime uolebam Beatus
 Rhenanus, cuius ego prudenti modestia, & acerrimo in
 literis iudicio uehementer delector, nec est quicquam hu-
 ius quotidiana consuetudine mihi iuandus. Item Gerar-
 dus Listrius medicæ rei, non uulgariter peritus, ad hæc
 latinæ, græcæ, & hebraicæ literaturæ pulchre gnarus.
 Deniq; iuuenis ad me amandum natus. Ad hæc Bruno
 Amor bacchius singulari doctrina trilinguis & hic. Io-
 anni Frobenio reddidi literas ab Erasmo missas, addens
 esse mihi cum eo familiaritatem arctissimam. Ab eodē de-
 edendis illius luabrationibus negocij summam mihi com-
 missam, ut quicquid egissem, id perinde ut ab Erasmo ge-
 stum, ratum fore. Deniq; me illi adeo similem, ut qui me
 uideret, Erasmus uideret. Is postea risit intellecta fraude.
 Socer Frobenij resolutis omnibus, quæ debebantur
 in diuersorio, nos una cum equis ac sarānis, in suas aedes
 traduxit

traduxit. post biduum huius Academiæ doctores per Theologicæ professionis Decanum, & alterum quendam in posterum diem nos ad cœnam uocarunt. Aderant oēs omnium facultatum, uti uocant doctores. Aderat & Ludouicus Berus, aut si latine mauis Vrsus, huius Academiæ Rector, apud Parisios Theologiam lauream affecutus, uir ætate quidem uirens adhuc, sed ea doctrina, ea uita castimonia, ea deniq; prudentia, ut existimē eum non uulgare decus suæ germaniæ appositurum. Est enim Basiliensis, quam urbem, & alias non inælebrem, doctissimus ille Guiliclmus Copus, alter nostri tempis Hippocrates, sic & moribus & literis illustrauit, ut nulli nobilissimarum cedere debeat. Erant me quotidianis officijs oneraturi, ni iam accinctus ad laborem institutum, regissem, uti me mihi relinquerent. Contulit huc sese nostri uisendi causa, Ioannes Gallinarius, uir uaria doctrina præditus, ad hæc morib⁹ doctrina dignis. Est hic quoq; Poeta laureatus, Glareanus mire candidus, ac festiuus, & optime spei iuuenis. Ab Vdalrico Sasio, qui Friburgi magna cum laude leges Cæsareas proficitur, unas atq; alteras accepi literas, ex quibus mihi perspicere uideor, hominem non tantum eruditum, & eloquētem, uerum etiam raro quodam ingenij candore, ac singulari præditū prudentia. Audio passim apud Germanos esse uiros eleganter eruditos, quo mihi magis ac magis arridet, et adlubescit mihi mea Germania, quā piget ac pudet tã sero cognitã fuisse.

Proinde facile possum adduā, ut hic hyemē, usq; ad Idus Martias. Deinde confectis quæ uolo in Italia negocijs, ad Idus Maias uos reuisam. Atq; id faciā lubentius, si uelut de eodem, quod aiunt, oleo, eademque opera, uniuersas lucubrationes meas hybernis his mensibus licet emittere. Ad agorum opus iam exaudi, coeptum est. Superest Nouum Testamentum à me uersum, & è regione grecum, una cum nostris in illud annotamentis. Tum epistole diui Hieronymi à nobis recognitæ, & à suppositicijs ac notis repurgatæ, necnon & scholijs nostris illustratæ. Præterea Senecæ oratoris omnia scripta non sine maximis sudoribus à nobis emaculata. Fortassis & scholiorum non nihil adijāemus, si dabitur oāium. Sunt & alia minutula, de quibus minus soliti sumus, quæ si suscipiet hic Chalcographus, abdemus nos testudinum ritu, non ad somnum, sed ut toti uersetur in hoc negotio. Ex Italia redires, uti spero, dies aliquot salutandis, & cognoscendis Germaniæ proceribus sumemus. Nam hos uere proceres existimo, non qui funes aureos collo arānt, quiq; parietes & uestibula pictis maiorum imaginibus ornant, sed qui ueris ac suis bonis, hoc est eruditione, moribus, eloquentia patriā suam, ac suos non solū illustrant, sed etiā adiuant. Episcopo Basiliensi nondū tuas reddidi literas, in quibus facile conijāo, nihil aliud esse q̄ amica quedam de Erasmo mendaciā, uide quā sim ambitiosus.

At pri

At primum non aderat in hac urbe. Nunc occasionem omnem fugo, quæ me à libris auocet. At non tu gratulaberis Erasmo tuo, qui propiãa Iunone, & Ilithia, felicitè enixus est? Audis fecunditatem meam, qui sæpius pariam quàm ipsi auniculi. Quoq; magis gratuleris, edidi fortunæ meæ, non sine laboriosissimis nixibus. Ita mihi semper faueat Ludna mi Vvimpheclinge, Ludis, inquires, in re tam misera? Qui minus quàm Socrates, qui iocans bibit acutam, iocans mortuus est. Absolutissimum uirum D. IOANNEM REVCHLIN tot literis, tot linguis præditum, ut plura corda, quàm Ennius habere uideatur, unicum, mea sententia, totius Germaniæ deus, lumen & ornamentum, tam procul hinc abesse doleo, ut ægre literis etiam colloqui liceat. Sapidum cum uiderem à nobis uix auelli posse, Tetrasticho sum consolatus, & quo pignus esset charius amanti, uel deamanti, ac de pereun-
ti magis, meis digitis scripsi, id ad te mitto. Mitto & hoc quod ex itinere scripseram ad incõparabilem uirum Sebastianum Brant. Nam in eo uoculas aliquot mutauit. Ad ied, quod ad Aucuparium non scripseram, sed effuturam. Porro tempus, & res aliquando suppeditabit occasionem idoneam te stificandi animum meum erga proceres urbis Argentinenfis. Saluta uenerabilem dominum Priorem Ioannitam, amicum tuum. Bene uale, frater honorande, & amicæ incomparabilis. Basilcæ, undecimo Calendas Octobris. M. D. XIII.

AD SEBASTIANVM BRANT
Phaleaum, Erasmi Roterodami.

Ornarunt alios suæ Camœnæ
Ornas ipse tuas magis Camœnas
Multos patria reddidit cœlebres
Vrbem tu cœlebrem, cœlebriorem
Multo constituis Sebastiane
Lingua, moribus, eruditione
Libris, consilio, seueritate.
Sic cum fœnore plurimo rependis
Acceptum deus, è tuo uia sum
Illustrans, patriamq;, literasq;.

AD IOANNEM SAPIDVM
suum, in discessu.

Quando distrahimur absens absentis Erasmi
Candide Ioannes hoc tibi pignus habe,
Quoq; magis spaciū se iunget corpora nostra
Mutuus hoc propius pectora iungat amor

PRAESTANTI ET CLARISSIMO
uiro D. Desyderio Erasmo Roterodamo, Tho-
mas Didimus Auaparius, Poeta Laureatus.

Teutonice splendor, deus, et lux, palmaq; terræ
Inter Germanos gloria prima uiros

Inter

Inter & egregios salue præstantior omnes
 Quos nostro Pallas tempore docta dedit
 Sit tuus aduentus foelix, præsentia salua,
 Gaudet in aduentu turba diserta tuo
 Gaudet, & exultat, iubilat, lætatur, ouatq;
 Exapiens ælebrî nomen honore tuum
 Te genuit Phœbus, magnus nutriuit Apollo
 Lactauitq; suo sacra Minerua sinu.
 Te colit, obseruat, ueneratur, honorat, amatq;
 Communi uoto, iam studiosa cohors.

FINIS.

MOGVNTIAE EX AEDIBVS IO-
 ANNIS SCHOEFFER MEN-
 SE AVGVSTO ANNO
 M. D. XXI.



